BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 1
8

12
19
e
34

52 1

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

52. 4. 26.

52.
4.
26.

72 72
c c
31 12* 38

72
c
12.

Colleg. Rom. Societ. IESV Cat. inscrip.

AD IVLIVM III.

PONTIFICEM OPT. MAX.

DE AQVA TIBERINA

Opus quidem nouum, ſed ut omnibus qui hac aqua utuntur utile, ita. & neceſſarium.

Alexādro Traiano Petronio Authore.

ROMAE apud Valerium, & Aloiſium Doricos fratres Brixienſes: Anno M. D. LII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

IVLIO TERTIO PONT. OPT. MAX.

Alexander Petronius.

CREDO *quàm plurimos (Beatiſſime Pater) mirari quid ſit? quum tot ſummi uiri, ne uerbum quidem ullum (quod ſciam) hucuſque de Tiberinæ aquæ potu fecerint, ego nunc potiſſimum id audeam? Cæterum ſi ij uel negocijs uel temporum iniquitate impediti id ipſum reliquerunt, excuſandi ſanè ſunt, ſed ſi id perſcribi oportere putarunt, ipſi autem propter difficultatem perſcribere non auſi ſunt, ſtatim dicet aliquis, quid ex omnibus tu nunc audes? num enim ego audaciſſimus? minime. At tanto diligentior quàm cæteri, quanto illi negligentiores, qui rem adeo neceſſariam (dum ſi uacabat) ſilentio tranſiere, quum maxime interſit hoc an illo modo in uſum ueniat. Sed quia res iſta, Sanctiſſime Pater, pene obſcura eſt, & dubia & noua, propter quæ tria facile negligi ab alijs poteſt, me ad te cōfugere nunc oportet, ad te Pater Optime in quo*

ſummus candor, ſumma fides, ſummaq; authori-tas, ut eius obſcuritati candorem, ambiguitati fidem, nouitati authoritatem impertias, id quod ita quidem ſpero me aſſequuturum, ut tui moris eſt ſemper prodeſſe alijs, ob quod Deus opt. max. te ſuum in locum in terris erexit, ut qui antea ſic ut uolebas, prodeſſe non poteras, iam prodeſſe tantundem poſſis ut uelis: quod ſupereſt uacuas aures mihi (ſi placet) & te ſemotum à curis ad-hibe, ne mea dona tibi ſtudio (ut Lucretius inquit) diſpoſta fideli, intellecta prius quàm ſint, contem-pta relinquas. Bene uale & ſalue.

Romæ Kalendis Iulijs. M. D. LII.

SVMMATIM HAEC INSVNT LIBRIS SINGVLIS.

Primo Libro.

De eo quod agendum eſt. Caput 1
De Tiberis ortu. cap. 2
De his quæ omniũ ferè conſenſu Tiberinæ aquæ tribuuntur. cap. 3
Contra eos qui dicunt aquam Tiberinam ſeruari incorruptam infra pontem Miluium hauſtã, ſupra uero nequaquàm & obiter contra eos qui hanc incorruptionẽ fimo tribuunt. cap. 4
Inter omnes aquas optimã eſſe Tiberinam quæ probe iam expurgata fuerit. cap. 5
Quando aqua Tiberina in uſum potandi uenerit. cap. 6
Contra ea quæ de aqua Tiberina ſupra tradita ſunt, prima contradictio à fluuiorum multitudine. Secunda à colore. Tertia quoniam craſſa et tenax eſt. Quarta quia turbida eſt. Quinta à pingui quod habere creditur. Sexta ab eo ꝙ æſtate calida eſt, hieme uero frigida, Septima ab eo ꝙ fictilibus ſeruata potatur. Octaua ab eo ꝙ ſemper clareſcere exiſtimatur. Nona ob excrementũ quod hæc aqua deponit. Dec. ab eo ꝙ incorrupta manet.

XI. ab eo q ſuauis eſt ſaporis. XII. ab aqua pluuia, deq; aqua pluuia. XIII. ab eo q aqua Tiberina ſumitur, ubi turbatum eſt ualde flumen. XIIII a fœdis rebus quæ in Tiberim iaciuntur. cap. 7

Libro Secundo.

Eorum quæ de aqua Tiberina pro cõfeſſis habẽtur, examen ac primũ de colore cap. 1

Cur ſubſtantia Tiberinæ craſſa, turbida tenax ac lẽta ſit, cur itẽ obſtructionem in matricibus terrarum ita uocatis efficiat. cap. 2

Cur æſtate calidus, hieme uero frigidus Tiberis ſit. cap. 3

Cur lora quod acinaciũ appellatur, melior ſit ſuperaffuſa aqua Tiberina quàm alia. cap. 4

Cur Tiberina limpidiſſima ubi fictilibus conſeruatur. cap. 5

Verum non eſſe ut diutius ſeruata, limpidior ſemper fiat. cap. 6

Vtrũ incorrupta ſit, q a dẽſarũ ſit partiũ. cap. 7

Vtrum incorrupta ſit, quoniã ex putri ortum habet, utpote quæ interfluendum putrida uideatur eſſe, aut figlinis uaſis comprœhenſa putreſcere. cap. 8

Vtrum pingue quod huic aquæ ineſſe putant in cauſa ſit incorruptionis eius. cap. 9

Contra eos qui adeo mirantur ꝙ aqua Tiberina quaſi ſola inter omnes aquas non putreſcat, ac de quæſitorum tum modo tum ordine ad id ipſum inueſtigandum. cap. 10
Quid corrumpi, quid putreſcere quomodoue inuicem differunt et q̃dnã nõ putreſcat. cap. 11
Putrefactionem de qua Ariſt. agit nõ eſſe genere diſtinctam ab ea de qua medici. cap. 12
Qualis ſit aqua ipſa pura. cap. 13
Vtrum aqua pura putreſcat. cap. 14
[ur] Tiberina aqua [n]on putrescat cap. 15.
Cur ſi manet & diuiſa eſt non putreſcit. cap. 16
Vtrum ex quo tenuium partium eſt, facile putreſcat: quomodoue et ſi imputris eſt, facile tamen alterari corrumpiq́; poſſit. cap. 17
Aquam Tiberinam & ſi commixtam, ſimplici tamen elemento proximam eſſe, obiterq́; ꝙ elementorũ qualitas nõ ſit intẽſiſſima. cap. 18
Cur ſine ſapore odoreq́; ſit Tiberina aqua & tamen ſuauis ſit. cap. 19
Cur (ut quibusdam placet) lente cadat. cap. 20
Propter quid mucoſa ſit intra primos conſeruationis dies, propter quid itẽ manus efficiat molles, & pulchriores hominum uultus, pinguioresq́; equos. cap 21
Cur extra mœnia corrumpatur ac apud ſanctum Paulum, intra uero apud Mariã à Populo dictã, præſtantiſſima ſit. cap. 22

Cur Tiberina optima ſit, cur præcordijs non inhæreat, cur non flatuoſa ſit, cur legumina & alia celeriter elixet. cap. 23

Libro Tertio.

Reſpondetur his quæ contra ſunt adducta. cap. 1
Qualis nam aqua Tiberina ſit. cap. 2
Cauſas qualitatum in aqua Tiberina reꝛpertarum ſupradictas eſſe, obiterq́; coīa quædam Tiberinæ alijsq́; aquis. cap. 3
Quibus non conueniat Tiberina impura, & quibus magis aut minus noxia. cap. 4
Quibus conueniat & quibus non conueꝛniat Tiberina pura. cap. 4
Quomodo & quatenus uſui eſſe debet, atq; obiter quale uas quod illam contineat. cap. 6
Quo anni tēpore de Tiberi hauriri debeat, quo item fluminis ſtatu: q̃buſue de locis. cap. 7
De aquæ Tiberinæ uſu, deq́; Tiberi quæꝛdam. cap. 8

Libro Quarto.

Excuſatio cur de elemētis quædam quaſi πάρεργα in hoc libro tractentur. Subinde utrum ſeorꝛſum à mixto ſit elementum (ut aiunt) actu. cap. 1
Elementa eſſe naturaliter ſimplicia & pu

ra: ſemper tamen in actione eſſe ſecundũ propriam qualitatem. cap. 2

Calorem qui in elemento eſt, non recipere magis & minus, ſed eum qui in mixto: quid item ſit recipere magis & minus. cap. 3

Solutio quarundam obiectionum: & calorem quendam eſſe ſimplicem, quendam uero compoſitum. cap. 4

Media ex ipſis extremis actu componi: quo modoue ſpecies ſint, et ad illas ſit motus. cap. 5

Contraria tametſi perpetuo ſimul agunt & patiuntur, non tamen eſſe inter ea motum ad infinitum, & medias inter ipſa qualitates eſſe quodãmodo alterationes. cap. 6

Elementa non habere intenſiſſimam qualitatem, quomodoue ab elemento in mixtis hæc fiat. cap. 7

Reſpondetur ſuperioribus quibusdam argumentis. cap. 8

FINIS INDICIS.

ALEXANDRI PETRONII DE AQVA TIBERINA Liber Primus.

De eo quod agendum eſt. Cap. Primum.

SI QVIS *ante hac de aquæ Tiberinæ uſu ſcripſiſſet, interue priores & poſteriores* Romanos *idem conſenſus haberetur: haud ſanè eſſet quòd hanc ſcribendi prouinciam modo ſubiremus, ſed quum illi quamuis bonarum aquarum maxime indigerent (eas enim aliunde petebant) hanc tamen & ſi domeſticam, tanquam inutilem (ut pleriſq; omnibus placet) omnino neglexerint. hi uero contra atq; antea fuerat, iam nunc perq̃ utilem eſſe communi uſu probauerint, nemo uero (ut diximus) de ea quicquam (quod ſciam)*

Collég. Rom. Societ. JESU Cat. inscrip.
12. 31 I 8

AD IVLIVM III. PONTIFICEM OPT. MAX.

DE AQVA TIBERINA

Opus quidem nouum, ſed ut omnibus qui hac aqua utuntur utile, ita & neceſſarium.

Alexādro Traiano Petronio Authore.

ROMAE apud Valerium, & Aloiſium Doricos fratres Brixienſes: Anno M. D. LII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IVLIO TERTIO PONT. OPT. MAX.

Alexander Petronius.

CREDO *quàm plurimos (Beatiſſime Pater) mirari quid ſit? quod quum tot ſummi uiri, nè uerbum quidem ullum (quod ſciam) hucuſque de Tiberinæ aquæ potu fecerint, ego nunc potiſſimum id audeam? Cæterum ſi iij uel negocijs uel temporum iniquitate impediti id ipſum reliquerunt, excuſandi ſanè ſunt, ſed ſi id perſcribi oportere putarunt, ipſi autem propter difficultatem perſcribere non auſi ſunt, ſtatim dicet aliquis, quid ex omnibus tu nunc audes? num enim ego audaciſſimus? minime. At tanto diligentior quàm cæteri, quanto illi negligentiores, qui rem adeo neceſſariam (dum ſi uacabat) ſilentio tranſiere, quum maxime interſit hoc an illo modo in uſum ueniat. Sed quia res iſta, Sanctiſſime Pater, pene obſcura eſt, & dubia & noua, propter quæ tria facile negligi ab alijs poteſt, me ad te cõfugere nunc oportet, ad te Pater Optime in quo*

ſummus candor, ſumma fides, ſummaq; authori-tas, ut eius obſcuritati candorem, ambiguitati fidem, nouitati authoritatem impertias, id quod ita quidem ſpero me aſſequuturum, ut tui moris eſt ſemper prodeſſe alijs, ob quod Deus opt. max. te ſuum in locum in terris erexit, ut qui antea ſic ut uolebas, prodeſſe non poteras, iam prodeſſe tantundem poſſis ut uelis: quod ſupereſt uacuas aures mihi (ſi placet) & te ſemotum à curis adhibe, nè mea dona tibi ſtudio (ut Lucretius inquit) diſpoſta fideli, intellecta prius quàm ſint, contempta relinquas. Bene uale & ſalue.

Romæ Kalendis Iulijs. M. D. LII.

INDEX.

SVMMATIM HAEC INSVNT LIBRIS SINGVLIS.

Primo Libro.

De eo quod agendum eſt. Caput 1
De Tiberis ortu. cap. 2
De his quæ omniũ ferè conſenſu Tiberinæ aquæ tribuuntur. cap. 3
Contra eos qui dicunt aquam Tiberinam ſeruari incorruptam infra pontem Miluium hauſtã, ſupra uero nequaquam & obiter contra eos qui hanc incorruptionẽ ſimo tribuunt. cap. 4
Inter omnes aquas optimã eſſe Tiberinam quæ probe iam expurgata fuerit. cap. 5
Quando aqua Tiberina in uſum potandi uenerit. cap. 6
Contra ea quæ de aqua Tiberina ſupra tradita ſunt, prima contradictio à fluuiorum multitudine. Secunda à colore. Tertia quoniam craſſa et tenax eſt. Quarta quia turbida eſt. Quinta à pingui quod habere creditur. Sexta, ab eo ꝙ æſtate calida eſt, hieme uero frigida, Septima ab eo ꝙ fictilibus ſeruata potatur. Octaua ab eo ꝙ ſemper clareſcere exiſtimatur. Nona ob excrementũ quod hæc aqua deponit. Dec. ab eo ꝙ incorrupta manet.

XI. ab eo ꝙ ſuauis eſt ſaporis. XII. ab aqua pluuia, de'q; aqua pluuia. XIII. ab eo ꝙ aqua Tiberina ſumitur, ubi turbatum eſt ualde flumen. XIIII a fœdis rebus quæ in Tiberim iaciuntur. cap. 7

Libro Secundo.

Eorum quæ de aqua Tiberina pro cõfeſſis habẽtur, examen ac primũ de colore cap. 1
Cur ſubſtantia Tiberinæ craſſa, turbida tenax ac lẽta ſit, cur itẽ obſtructionem in matricibus terrarum ita uocatis efficiat. cap. 2
Cur æſtate calidus, hieme uero frigidus Tiberis ſit. cap. 3
Cur lora quod acinaciũ appellatur, melior ſit ſuperaffuſa aqua Tiberina quàm alia. cap. 4
Cur Tiberina limpidiſſima ubi fictilibus conſeruatur. cap. 5
Verum non eſſe ut diutius ſeruata, limpidior ſemper fiat. cap. 6
Vtrũ incorrupta ſit, q̃a dẽſarũ ſit partiũ. cap. 7
Vtrum incorrupta ſit, quoniã ex putri ortum habet, utpote quæ interfluendum putrida uideatur eſſe, aut figlinis uaſis compræhenſa putreſcere. cap. 8
Vtrum pingue quod huic aquæ ineſſe putant in cauſa ſit incorruptionis eius. cap. 9

*Contra eos qui adeo mirantur ꝙ aqua Ti=
rina quaſi ſola inter omnes aquas non pu
treſcat, ac de quæſitorum tum modo tum
ordine ad id ipſum inueſtigandum.* cap.10
*Quid corrumpi, quid putreſcere quomodoue
inuicem differunt et qdnã nõ putreſcat.* cap.11
*Putrefactionem de qua Ariſt. agit nõ eſſe
genere diſtinctam ab ea de qua medici.* cap.12
Qualis ſit aqua ipſa pura. cap.13
Vtrum aqua pura putreſcat. cap.14
Cur ſi manet & diuiſa eſt non putreſcit. cap.16
*Vtrum ex quo tenuium partium eſt, facile
putreſcat: quomodoue et ſi imputris eſt, fa
cile tamen alterari corrumpiq́; poſſit.* cap.17
*Aquam Tiberinam & ſi commixtam, ſim
plici tamen elemento proximam eſſe, obiterq́, ꝙ
elementorũ qualitas nõ ſit intẽſiſſima.* cap.18
*Cur ſine ſapore odoreq́; ſit Tiberina aqua
& tamen ſuauis ſit.* cap.19
Cur (ut quibusdam placet) lente cadat. cap.20
*Propter quid mucoſa ſit intra primos con-
ſeruationis dies, propter quid itẽ manus
efficiat molles, & pulchriores hominum
uultus, pinguioresq́; equos.* cap.21
*Cur extra mœnia corrumpatur ac apud
ſanctum Paulum, intra uero apud Ma=
riã à Populo dictã, præſtantiſſima ſit.* cap.22

...r Tiberina aqua
...on putreſcat
cap. 15.

Cur Tiberina optima ſit, cur præcordijs non inhæreat, cur non flatuoſa ſit, cur legumina & alia celeriter elixet. cap. 23

Libro Tertio.

Reſpondetur his quæ contra ſunt adducta. cap. 1
Qualis nam aqua Tiberina ſit. cap. 2
Cauſas qualitatum in aqua Tiberina reſpertarum ſupradictas eſſe, obiterq; coſa quædam Tiberinæ alijſq; aquis. cap. 3
Quibus non conueniat Tiberina impura, & quibus magis aut minus noxia. cap. 4
Quibus conueniat & quibus non conueniat Tiberina pura. cap. 4
Quomodo & quatenus uſui eſſe debet, atq; obiter quale uas quod illam contineat. cap. 6
Quo anni tēpore de Tiberi hauriri debeat, quo item fluminis ſtatu: qbusue de locis. cap. 7
De aquæ Tiberinæ uſu, deq; Tiberi quædam. cap. 8

Libro Quarto.

Excuſatio cur de elemētis quædam quaſi πάρεργα in hoc libro tractentur. Subinde utrum ſeorſum à mixto ſit elementum (ut aiunt) actu. cap. 1
Elementa eſſe naturaliter ſimplicia & pu

ra: ſemper tamen in actione eſſe ſecundũ propriam qualitatem. cap. 2

Calorem qui in elemento eſt, non recipere magis & minus, ſed eum qui in mixto: quid item ſit recipere magis & minus. cap. 3

Solutio quarundam obiectionum: & calorem quendam eſſe ſimplicem, quendam uero compoſitum. cap. 4

Media ex ipſis extremis actu componi: quo modoue ſpecies ſint, et ad illas ſit motus. cap. 5

Contraria tametſi perpetuo ſimul agunt & patiuntur, non tamen eſſe inter ea motum ad infinitum, & medias inter ipſa qualitates eſſe quodãmodo alterationes. cap. 6

Elementa non habere intenſiſſimam qualitatem, quomodoue ab elemento in mixtis hæc fiat. cap. 7

Reſpondetur ſuperioribus quibusdam argumentis. cap. 8

FINIS INDICIS.

ALEXANDRI PETRONII DE AQVA TIBERINA Liber Primus.

De eo quod agendum eſt. Cap. Primum.

SI QVIS *ante hac de aquæ* Tiberinæ *uſu ſcripſiſſet, interue priores & poſteriores* Romanos *idem conſenſus haberetur: haud ſanè eſſet quòd hanc ſcribendi prouinciam modo ſubiremus, ſed quum illi quamuis bonarum aquarum maxime indigerent (eas enim aliunde petebant) hanc tamen & ſi domeſticam, tanquam inutilem (ut pleriſq; omnibus placet) omnino neglexerint. hi uero contra atq; antea fuerat, iam nunc perq̃ utilem eſſe communi uſu probauerint, nemo uero (ut diximus) de ea quicquam (quod ſciam)*

ſcriptis mandauerit. His de cauſis id modo nego tij ſumere, & oportunum, & non minus operæ pretium fore duximus; quàm ſi uniuerſam Vrbem ferè curaremus, quum hac noſtra ætate iam nullum Romæ, uel eſculentum, uel poculentum tam multiplicis uſus exiſtat: Quare plurimum iuuare, plurimumq; lædere poteſt, id quod noſſe diſtinguereq; non parum intereſt. Dicendum igi*tur, qualis nam hæc aqua ſit, quas ob cauſas, quibus conueniat, quibus non conueniat, ac etiam quomodo & quatenus, quo item anni tempore de* Tiberi *hauriri debeat, quo eiusdem fluminis ſtatu, quibus de locis, & quis denique ſit eiusdem uſus.*

De Tiberis ortu. Cap. 2.

LICET *itaq;* Tiberis *à primordio fontana ſit aqua, nihil tamen refert ad prædictorum finitionem, de eiusdem ſitu quicquam in præſentia decernere, quum multo numeroſior, multoq; maior ſit cæterarum aquarum in eum confluxus quàm tota prorſus intra initia, eius aqua, ex quibus aliæ ad* Orientem, *aliæ ad* Occaſum *uergunt, aliæ ad* Aquilonem, *aliæ ad* Auſtrum, *aliæ inter has & omnino quoquo uerſum.* Quippe qui *(ut aiunt) è media ferè longitudine* Apennini

ſinibus Arretinorum profluit, tenuis primo nec niſi piſcinis corriuatus, intráq; Tiniam & Glanim duobus & quatraginta fluuijs auctus, præcipuis autem Nare, & Aniene, Latium includit *à tergo, alioquí fontis atq; ſitus habita ratione ualde admodum intereſſet, ut in primis accipere mus utrum ab initio ad ſolis exortus erumpat præſertim æſtiuos an non? Item utrum ex ſublimibus locis, ac terreis collibus fluat, aut è petris ſcaturiat, aut iſtbinc ubi calidæ aquæ exiſtunt, aut ubi ferrum naſcitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulphur, aut alumen, aut bitumen, aut nitrum, hæ enim (ut inquit* Hippocrates*) duræ, & æſtuoſæ ſunt, difficulter minguntur, & ad alui egeſtionem contrariæ, illæ uero bonæ, dulces, albæ, uinumq; modicum ferre poſſunt.* His igitur o*miſſis, quum in iſta fontis atq; ſitus ratione nihil proficere nobis liceat, reliquum eſt, ut aliam ingrediamur uiam.* *lib. de aere & aquis.*

aque quidem e petris scaturiunt ipse quo (ut ait) dura sunt, sed que ex sublimibus locis ac terreis collibus fluunt,

De iis quæ omnium conſenſu Tiberinæ aquæ tribuuntur. Cap.3.

SED interim admonendi ſumus Tiberim albido cretaceoq; colore ad inſtar quidem ſeri, ſed non nimis clari, apparere, ut hinc forſan is a priſcis Albula nuncupatus fuerit, & ſi à Poetis quibusdam, Flauus, ſiue à Sabulo, quod cum illo eſt, ſiue ab acquiſito dum inundat, colore.

Neq; ſtatim à primordio ita uideri, ſed longo poſt ſpatio, neq; prædictum colorem in ipſa ferme tranquillitate, quo ad intenſionem, & remiſſionem attinet, ſimilem ſemper eſſe, quinimmo, per æſtatẽ quo magis exiccãtur et deficiũt aquæ, eo remiſſiorem fieri, atq; claritatem acquirendo, in eam intendi magis.

Loca ſabuloſa lentam pinguemq; (ut aiunt) argillam præſeferentia, citra tiniam & glanim, uniuerſo fere alueo percurrere.

Subſtantia craſſa tenaci, & lenta, ferè autem turbida eſſe: ac etiam (ut quidam arbitrantur) pingui.

Si quid fortaſſis excrementi facta inundatione reliquerit in noualium cauis ualliculis, quas matrices ruſtici noſtri uocant: aquam eo loci receptam in terram ſubiacentem uel aridam ſubire non

poſſe, niſi ſubſtratum argilloſum ſabulum quod ſub aqua iam eſt, prius aratro findatur.

Ad hæc hieme frigidum, æſtate calidum eſſe.

Coniectis in dolia uinaceis, huius aqua (ut dicitur) ſuper affuſa uſque dum omnia permadeſcant præſtãtiorem fieri loram (raſpatium uulgo, latinis acinaceum uinum eſſe poteſt) quàm tum ciſternarum, tum fontium, præſtãtiorem inquam ꝙ tenuior, ꝙ purior, ꝙ dulcior, ꝙ magis perſpicua, ꝙ durabilior fiat.

Fictilibus uero reconditam, ſiue eundem, ſeruantem colorem, ſiue imbribus, in alium uerſam, ut ante fluentem, ferè imperſpicuam, ſic loco firmatam, omnium perſpici limpidiſſimam: retento tamen in aliquod tempus, albore quodam ſplendido, deinde nullo alio, præterquàm diaphano ſimpliciſſimo: deſcendente nimirum in uaſis fundum ſabulo pallido, tenaci, & lento, nunc plurimo, nunc perpauco.

Quo diutius ſeruatur tametſi limpida, excrementi tamen aliquid in uaſe relinquere.

Incoruptam quinetiam manere ſemper, odorè, ſaporéq; nullo, preterquàm ſuaui.

Deinde uaſe quopiam longi anguſtiq; oris ſcilicet aquali excepta, quum è ſublimi (ut quibuſdam placet) eÿcitur: uerberatu aerem non corripere, & omnino ægre in guttulas minutiſſimas di

ſpergi, alioqui ceu lentum ſimul totum abſq; murmure, abſq; ſtridore ſtillicidium facere.

Intrà primos conſeruationis dies mollem, ideſt lentam, mucoſamq; apparere.

At lotis tum ea manibus perinde ſentiri ac ſi pingui quopiam fuiſſent inunctæ.

Fama eſt hominũ uultus reddere pulchriores, ſicut etiam equorum corpora pinguiora.

Necnon extra mœnia defluentem, ſi hauriatur, corrumpi, intra uero, potiſſimum apud Mariam à populo nuncupatam, eſſe tum imputrem, tum multo præſtantiorem q̃ in reliquis poſt locis.

Contra eos qui dicunt aquam Tiberinam ſeruari incorruptam citra pontem Miluium hauſtam, vltra vero nequaq̃, et obiter contra eos qui hanc incor ruptionẽ fimo tribuunt. Cap. 4.

SED *fabuloſum eſt infra pontem, nunc Molium, olim (ut quidam aiunt) Miluium, fictilibus exceptam non corrumpi.* V supra uero corrumpi. *Profecto enim nos eam in patria noſtra, quæ Ciuitacaſtellana nunc dicitur, apud Gulianum, qui uiginti ſex M. paſſ. locus ab Vrbe diſtat, tres annos incorruptam do-*

mi ſeruauimus, atq; nunc etiã noſtri ſeruant. Neq; *illic ſanè minus* q̃ *Romæ potui idoneam. Quam ob rem ij omnino reijciendi ſunt, qui* ꝙ *Romæ Tiberis aqua figlinis incorrupta contineatur, id fimo tribuunt in eum deiecto, quippe qui (ut aiunt) concoquat repurgetq́; quũ in alijs locis etiam ſine fimo hauſta, ſeruetur incorrupta.* Sed *ſileam ne?* ꝙ *fimus hanc eandem inficere potius, quàm perficere queat? ſiquidem tales plerunq; ſint aquæ, qualis terra per quam fluunt, qualesq́; herbarũ, quas lauant ſucci, atq; ſpurcitiæ quæ illis admiſcentur?* Age *uero ſi concoctor rem coquẽdam complectatur, oportet, qui fiet, ut quæ perpetuo rapide fluit alicubi non ſtagnans, coqui poſſit?* Quũ *alia mane, alia ueſperi aqua ſit?* Quæ *item iſthæc agentis & paſſi erit proportio?* Illud *loco quieſcens ferè ſemper idem, hoc perpetuo cietur motu, continuo ſucceſſu nouum ſemper?* Illud *in ripis tantum, neq; adhuc ubiq; illarum, ſed certis, et raris quibusdam locis, hoc late fuſum & alueo in medio præcipuum? unde ſi aquam quoq; hauſeris, experieris nihilominus incõruptam.* Et *quæ nam erit à fimo concoctio ubi creber & ſubitis incrementis fluuius augetur? quum tamen per id tempus, nonnulli aquam eò libentius hauriant, quò hanc eandem uelocius expurgari uident, neq; minus corruptioni reſiſtere, ſed iſta plus ſatis.*

Inter omnes aquas optimam eſſe Tiberinam, quæ probe iam expurgata fuerit. Cap. 5.

ILLVD *non eſt ſilentio prætereundum quod etiam communi uſu receptum nunc eſt, aquam hanc probe iam expurgatam, aquarum ferme omnium optimam eſſe, nempe omnis qualitatis expertem ſeu uelis olfactu, ſeu uiſu, ſeu guſtatu ſentire, ad hæc ſuauiſſimam & limpidiſſimam, præcordia celeriter permeantem, utpote quæ cito incaleſcit refrigeſcitq́; , alioqui leuiſſimam & pondere & permutatu qui elementaribus, qualitatibus ultro citroq; in ſe ſe agentibus debetur: proinde minime flatuoſam, atq; putrefactionis exortem, id quod per paucis aquis quæ uel celebratiſſimæ ſint (ut perhibent) uſuuenire ſolet, necnon olera fructus, carnes, atq; legumina uelociter elixantem.*

Quando aqua Tiberina in uſum potandi venerit. Cap. 6

HIS *igitur ita ſe habentibus, iam ad reliqua properabimus, ſed ſi prius illud expoſuerimus quod ſedente (ut aiunt) Gregorio Pontifice*

quem ſanctorum numero aſcripſerunt, quum incolis Roma frequentiſſima eſſet (niſi forte poſt immanem Gotthorum inſultum, aut tantam rerum & principum uarietatem omnibus deſtructis aquæductibus) tum ob aquarum potabilium penuriam coactos fuiſſe pauperiores aquam Tiberinam potare, & ſi eam, quoniam natura turbida uidebatur, grauiter abhorrerent, tum uero hanc eandem (ut opinor) in fictilia domum aſportantes clariorem præter ſpem, forte repertam, eo liberalius potare auſos eſſe, & hinc poſterioribus huius aquæ bibendæ anſam præbuiſſe. atque adeo quemmadmodum Romæ ſanctorum Pontificum paupertas, ſummas Eccleſiæ diuitias comparauit, ita & in magna aquarum inopia, hæc eadem non ex fonte, non ex torrente, ſed ex uaſtisſimo flumine potandæ aquæ copiam adinuenit. utrum uero hæc eadem antequàm aquæductus conſtruerentur & poſtquàm etiam conſtructi fuerunt, ab omnibus ſine delectu, communiterue potaretur, id illis relinquo qui ita uolunt, ſi quidem hoc loco ea tantum quæ pro confesſis de Tiberi traduntur, ſequi inſtituimus. quamq̃ me non latet, id quod Maro in Aeneide cecinit, qui Fabarim Tiberimq́; bibunt, & Ouidius in Faſtis ubi de Hercule inquit, & tanto eſt Albula pota Deo, necnõ quod Frontinus primò de aquæductibus libro dum ait ab urbe

condita per annos CCCCLI. *contenti fuerunt* Romani *uſu aquarum, quas ex* Tiberi, *aut ex puteis, aut ex fontibus hauriebant.*

Contra ea quæ de aqua Tiberina ſupra tradita ſunt. Cap. 7.

Prima contradictio a fluuiorum multitudine.

QVanquam *prædicta ferè omnia, quia (ut diximus) in confeſſo ſunt, uera eſſe uidentur, aliquis tamen hæc contra fortaſſe tendet, quod aqua* Tiberina *tot fluuijs & his non uulgaribus, atque alijs præterea riuulis aucta, facile poterit, in renibus tum calculos, tum alias eorundem affectiones ingenerare, urinæ item ſtillicidia hernias, coxendicumq; morbos, quippe omnigenas aquas, in ſe ſe admittere probabile eſt:* Fieri uero *non poſſe, ut alia ſit ſimilis alij, ſed alias craſſiores, alias tenuiores, alias crudiores, alias è tophis ſcaturientes, alias è marmoribus, alias è terreis collibus, ac in ſumma ut diuerſa abluunt loca, ita diuerſas præſeferre naturas, ubi uero*

hæ ſimul inter ſe miſcentur diſſidere, & eam quæ fortiſſima eſt, ſemper ſuperare, præualere autem non ſemper eamdem, ſed aliàs, aliam. Ta*libus igitur (teſte* Hippocrate) *neceſſe eſt limum & arenam in uaſis ſubſidere, & ab ijs ſi potentur morbi prædicti fiunt. Quamobrem immirari deſinant* ꝙ *hac noſtra tempeſtate, atque adeo communiter in utrumque ſexum, in omnemq; ætatem in urbe* Roma *calculorum affectio percrebuerit, poteſt nanq; (ut* Galenus *inquit) interdum morbum efficere uniuerſalem hauſtus aquæ infectæ.* lib. de aere & aquis. Com. I. in I. Hip. de morb. uul.

Qui ingluuiem. Qui Veneris *uſum immodicum cauſantur, hi minime animaduertunt, cur affectus is non frequens, ſed per rarus inuenitur in alijs uel magnis urbibus, in quibus non minus quàm* Romæ *illis utriſque paſſim indulgetur.*

Huc *pertinet, quum una ægritudine complures eodem homines tempore corripiuntur: cauſam ad id reijcere debemus, quod maxime commune eſt, quoque omnes utimur, id aere excepto, in urbe* Roma *potiſſimum (ut ante diximus) aqua* Tiberina *eſt.*

Itaq; quum omnes qui hac aqua, præſertim male purgata per aliquod tempus utuntur, prædictus affectus pariter attingat, tam iuniores,

quàm ſeniores, tam fœminas, quàm mares, tam qui parum, quàm qui multum laborant, tam qui ſordidum, quàm qui ſimilagineum in cibatu ſumunt panem, tam qui plurimum comedunt, quàm qui parum, tam qui rem veneream immodice agunt, quàm abſtinentes, ſequitur ut non veneris immodico uſui, non ingluuiei, ſed huic duntaxat aquæ, propoſitæ affectionis in cauſa ponendum ſit.

Secunda contradictio à colore.

Sed eò redeamus unde diſceſſimus, illud quis neget? ſi interfluendum cretacei ſeroſiq; coloris, inter expurgandum adhuc albidi eſt, quin utroque tempore bibentibus officiat, ut quũmaxime? quia
2. de aïa. *enim aqua omnis (ut Ariſtoteli, ut etiam Galeno*
1. de ſim. *placet) ſuapte natura eſt coloris expers, tam hæc peſſima erit omnium, quam omnium maxime colorata eſt.*

Tertia contradictio quoniam craſſa & tenax eſt.

Quid dicam quòd ut ſubſtantia craſſa tenaci et lenta ponitur eſſe, ita corporis meatus infenſius obſtruet, ita præcordiis grauius inhærebit, ac difficilius multo tum concoquetur, tum digeretur?

Quarta cõtradictio quoniã turbida eſt.

Ad hæc contemplanti quòd ea interfluendum, & turbida & albida cernitur, in ſuſpitionem ſta-

tim uenit, ne cuiuſdam aſcititiæ ſit putrefactio=nis particeps: ſiquidem aquæ omnes dum putre=ſcere incipiunt, & perturbari, & in albidum co=lorem in primis degenerare uidentur: huc accedit quod Arabs, atque Arabes inquiunt, aqua turbida lapidem generat, ut præterq́ quod putris, quia etiam turbida eſt, ueſicæ aut renibus, in quibus lapides & alijs membris, in quibus obſtructiones gigni ſolent, grauiter officiat.

Quinta contradictio à pingui.

Præterea ſi quopiam oleoſo (ut quibuſdam placet) infecta eſt, de quam plurimis non immerito repræhendi poteſt. Quippe oleum (Galeno teſte) tuſſim ciere, omnes quæ ex pura bile ſunt, fluxiones lædere uel maxime natum eſt, Auicenna ſto=machum (ut eius interpretis uerbis utar) mollifi=care, alijs, mouere lachrimas, ulcerum incrementa augere: quas ob res præ alijs aquis huiuſmodi noxas hæc eo magis inducere poterit, quo magis oleoſa eſt quàm aliæ. Tum uero ſi aqua omnis uel probatiſſima (ut de acut. 3. & Hip. & Gal. aiunt) ei qui bilioſus eſt, bilioſa eſt, ſi item iecur male auget, ubi phlegmone obſidetur, hæc eo magis talia afferet uitia, quo plus habet oleoſum id genus adiunctum ſibi.

Sexta contradictio, ab eo ꝙ æſtate calida, hieme uero frigida eſt.

Huc accedit quòd hyeme frigida, æſtate calida eſt, id quod ab Hippocrate aquis omnibus ita affectis uitio datur, uentrem enim turbant, & ueſicam ægerrime permeant: Tum æſtate in potu ſumptæ, ob putredinem quæ ambientis calore in humido fit, inteſtinorum difficultates, ac leuitates efficiunt. Hieme autem ob frigiditatem, crudiores: hernias, pleuritidas, tuſſimq́;, quòd ſi multo frigidiores euaſerint (ut idem ait) uentrem ſiſtunt, utroque autem tempore lienem male afficiunt, ab hinc uero hidropa.

Septima contradictio ab eo quòd fictilibus ſeruata potatur.

Huic proximum eſt, quia fictilibus clauſa longoq; tempore immota manens in potu præcipue commendatur: quis enim non uidet tum eam potari maxime ubi conquinationem, ubi grauitatem, ubi torporem conceperit? Quemadmodum enim motus uiuacitatem (ut ita dicam) & leuitatem aquis afferre ſolet, ita quies tum grauitatem, tum torporem: atque ut hanc eamdem ſolis, apertiq; aeris contactus puriorem facere ſolet, ita & horum priuatio inquinatiorem, ad hoc facit id quod Arabs inquit, aquæ non cur-

rentes quocunque modo fuerint, ſtomacho non conferunt, ut pote quæ, ſicut uulgo dicitur, mortuæ ſunt, putreſcentesq́; ut quum maxime: ac etiam, quia ſupernis partibus, ut omnibus grauibus innatum eſt ſe ſe deorſum (ut opinor) impenſe comprimentibus, in mora grauiores multo magis euadunt, quo etiam fit ut magis denſari totum, atque ob denſitatem plerunq́; minui uideatur, niſi quis fortaſſe leuioribus uaporibus id referat, qui de aqua temporis ſpatio, ut exhalant, ſic illam grauiorem pauciorémq́; 2.i.c.16. derelinquunt: quamobrem Arabs de aqua loquens, & quum non currit proculdubio (inquit) aliqua in ea exiſtit grauitas.

Octaua contradictio ab eo quòd ſemper magis clareſcere creditur.

Sed hæc alias, nunc quis eam impuram eſſe neget, ſi uerum eſt, quo diutius ſeruatur, ut eo magis continue clareſcat: ſi quidem in ea ſemper inerit aliquid quod purgandum ſit? Huc pertinet, quòd illud aquarum contra naturam contingit quippe quas ueteraſcentes, tantum abeſt ut clariores fiant, ut nigriores multo magis euadant:

ſicut etiam author de coloribus quem Ariſtot. eſſe putant ſcriptum reliquit, dum ait τὸ γὰρ ὑγρὸν ὥσπερ εἴρηται καθ᾽ ἑαυτὸ παλαιούμενον καὶ καταξηραινόμενον, μελαίνεται *cuius ratio (Ariſt. in ſuis problematibus authore) latiſſime conſtat: res enim omnes excepto ſitu, nigriores quum putreſcunt, euadunt, ſenectus autem non niſi quædam putredo eſt, quare ſeneſcens (ut ita dicam) aqua, putreſcat, oportet, putreſcens uero, nigrior efficiatur. Quum igitur hæc quanto ſenior, tanto clarior fiat, tanto utiq; magis differet ab aquæ natura, ut longe quid aliud ſit & medicamentoſum quid, potiusq̃ potabilis aqua.*

Nona contradictio ob excrementum quod hæc aqua deponit.

Iam uero ſiquidem ubi coquitur, uel clara exiſtens excrementi tamen aliquid derelinquit: tum hac ẽt ratione grauiſſimam calculorum copiam bibentibus importabit, preſertim ijs qui aluo fuerint aſtricta, tum quoque noxiam impuritatem obtinebit.

Decima contradictio ab eo ꝙ incorrupta manet.

Deinde quòd incorrupta ſemper manet, quid ad eius bonitatem accedit? an concoctu contumax longe magis erit? Quod enim ex facili concoquitur (ut de alimen. pri. Gal. ait) facile alteratur,

&

& corrumpitur, contra quæ concoctionis difficiles ſunt (ut ibidem quoque teſtatur) difficulter tum alterantur, tum corrumpuntur: Quamobrem quum hæc difficulter corrumpatur, difficulter utique concoquetur. Huc accedit, *q; illa craſſarum partium ad alias aquas comparata, quia non corrumpitur, cenſeri debet, ſi* Auicennæ *credendum eſt, quippe qui ſecunda primi pluuialem aquam facile putreſcere perhibet, eo q; maximam tenuitatem obtineat. Si ergo tenuitas in aqua putredinis, craſſitudo quæ illi contraria eſt, imputrefactionis cauſa erit.* Ex quo *incidit ut tum praua tum difficilis concoctu ſit: praua quidem, quia (ut primo de ſimpl.* Gale. *inquit) optima aqua tenuium eſt partium non autem craſſarum: difficilis uero concoctu, quia craſſum ægrius multo q̃ tenue coquitur.* Ad *hoc ut pluuialem aquam eo q; facile corrumpitur, antiqui ſcriptores* Paulus Oribaſiusq; *magis probant: alterationis .n. procliuitas uirtuti (ut aiunt) magis quam uitio aſcribenda eſt, ita hæc quo difficilius corrumpitur, eo magis improbanda erit. Si ergo ut etiam ab extrinſeco ambientis calore (quemadmodum aliqui arbitrantur) ita & à noſtro permutari ſeu facile, ſeu difficile rem eamdem oportet, oportet autem?* Nihil *eſt q; aqua hæc ob incorruptionem hominibus proſit.*

Vndecima contradictio ab eo ꝙ ſuauis eſt ſaporis.

Huc pertinet, quoniam (ut ante narrauimus) ſapore ſuauis eſt, ſapore quopiam affecta ſit, oportet: quo demum ſi guſtatum tentauerit: quis non apprime dixerit impuram eſſe? quum alioqui (ut de ſimplic. 1. Gal. inquit) guſtu pura eſt, ſi nullam offerat qualitatem, ſed ad unguem qualitatis expers appareat.

Duodecima contradictio ab aqua pluuiali, de'q; aqua pluuiali.

Cæterum quod poſitum eſt omnium optimam eſſe, tanquam reliquis in ſecundo loco conſtitutis, huic pluuialis aqua reclamat, quippe quæ longe præſtantior uidetur eſſe: Atqui non omnis, quàm plurimæ enim ſunt illius ſpecies. Nempe mala eſt quæ ex diuerſis genere aut ſpecie uaporibus, ut pote qui de mari, de terra, de ſtagnis, de lacubus, de cadaueribus, & de putridis omnino locis, una coaceruantur. Hæc nanq; ob plurium commixtionem (ut inquit Hippo.) & prauum habet odorem, & cito putreſcit, unde raucedinem, uocis'q; grauitatem bibentibus affert. Quod ſi uſpiam incorrupta ſeruari dicitur, ut in Apulia in pleriſq; ſanè locis, præcipue autem in urbe, quam Matheram uocant, cuius Archiepiſcopus IO. MICHAEL nunc Cardinalis SARACENVS, uir liberalitate, bonis moribus, doctrina, fide, & ſin-

lib. de aere & aquis.

gulari erga omnes homines humanitate (id quod rariſſimum eſt) nulli ſecundus, contingere audimus, id quidem uideri ſed non eſſe, quum ibidem (ut aiunt) in ciſternarum defæcatione uermiculos quosdam, neque hos paucos reperiant, aquam uero & ſi perſpicuam, attamen ſubobſcuram & nigricantem, id quod putredinis acquiſitæ indicium eſt quàm certiſſimum. Ideoq; mirum non eſt homines eius loci, tum hernias, tum pleuritidas incurrere, utpote putrefacta uſos aqua, quæ rurſus recrudeſcens eos deinde morbos ingenerat. Ea igitur quæ ab æthere ſicut æſtate media uſuuenire ſolet, diu in cœlo uaporibus obuerſatis deſcendit, ueriſimile eſt, ut optima omnium ſit, non modo pluuialium, ſed fontanarum, & quarumcunq; . quippe cui neq; prauum ſortiri odorem, neq; item cito putreſcere (quicquid alij opinentur) contingat. Quare Celſ. lib. ij. aſtringunt (inquit) aqua uel tepida, uel præfrigida, dura, hoc eſt, ea quæ tarde putreſcit, ideoq; pluuia potiſſimũ et reliqua, neq; minus. vij. κατὰ τόπους, Ga. aqua pluuia inditur (inqt) ut medicamentũ putredini minus ſit obnoxiũ, pauloq; poſt, nonnulli in aqua pluuiali capitũ concoctionem moliuntur, eo ꝙ non in aliã qualitatem putridã permutetur, quaſi ꝙ aqua pluuia uel ſero, ut Cel. uel difficulter, ut Gal. non aũt, ut pleriq; oẽs arbitrãtur perq̃ cito putreſcat.

Hæc enim (ut Galenus iiij. in ſextum Hippocr. de mor. uulg. commentario ſcriptum reliquit) ea eſt quæ ex uaporibus gignitur ſuper aërem diu latis, atq; adeo ut à ſole tum concoqui, tum illuſtrari facile potuerint. Si igitur coctio, & putredinem, & prauum arcet odorem (id quod manifeſte oſtendunt medici, qui noxias aquas præcipiunt coquendas eſſe prius quàm bibantur, perinde quaſi ac ſi de putredine, maloq; odore purgentur) neceſſe eſt pluuialem aquam neq; ſubitæ corruptioni, neq; odori uitioſo obnoxiam eſſe. At illam hoc tempore uulgus reijcere, non quidem quod ipſa ſuapte natura mala ſit, ſed quòd loca pulueris plena, aut magno æſtu exardentia perlabens uitia indipiſcitur, ob quæ de ſalubri, inſalubris redditur. Merito itaq; hæc eadem (ut in lib. de aere quit Hipp.) ſuauiſſima erit, leuiſſima, ſplendiſſima, tenuiſſima. Quis enim id præterea dubitauerit? Si coctio rem ipſam expurgat? ſi adeo ut illuſtriorem efficiat? ſi dulcedinem parit, ut author eſt Hipp. ut etiam Ariſt.? Si coqui in aere à ſole non poteſt, niſi quod diu ſuſpenditur, ſi tale non craſſum, ſed tenue ſit, ut à radijs undiq; penetretur, oportet. His adde quod aliquo ſenus incorrupta quoq; erit, neq; cito plane putreſcens. Si coctio (ut in confeſſo eſt) putredinem aufert, qua ſ ob res hæc omniū erit optima, non aūt Tiberina.

lib. de aere & aquis.

3. & 5. de animalium generatiōe.

Decima tertia contradictio ab eo ꝙ aqua Tiberina ſumitur ubi turbatum eſt ualde flumen.

Et tandem ubi procelloſæ pluuiæ ſunt, ac ſubitis incrementis aqua redundat, præſertim hyeme, tum eam fictilibus excipere (ut multis ac nonnullis primatibus in uſu nunc eſt, ſanè deceptis ꝙ tunc de illuuie citius repurgetur) quis non uidet, eo temporis duplo maiorem eſſe confluxum aquarum pluuialium quàm domeſticarum? Proinde pluuiales aquas huiuſmodi potius haurire quàm Tiberinas? Si itaq; pluuiæ procelloſæ, (ut Epid. 6. monet Hipp.) malæ ſunt, ſi crudæ, quoniam uapores ex quibus illæ fiunt, uſq; adeo denſi ſunt, adeoq; breui ſuper aerē feruntur, ut ſol eos neque undique ſubire, neque demum concoquere poſſit. Neceſſario ſequitur ſaltem in ea tempeſtate de Tiberi aquam accipiendam non eſſe, niſi forte contigerit æſtate media (ad quod his relinquo qui, ſic euenire poſſe contendunt, ac uolunt) ob pluuiales aquas (ut ita dicam) æthereas, de quibus paulo ante diſputatum eſt, fluuium creſcere tumidumq; fieri.

Decima quarta contradictio à fœdis rebus, quæ in Tiberim iaciuntur.

Quid quod ſi extra mœnia hauſta corrūpitur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

(ut dictum eſt) non intra mœnia corrumpetur ? intra quæ tot ſterquilinia, tot latrinæ, tot cloacæ, quotidie in eum influunt, tot item inijciuntur mortua animalium corpora, tot quiſquiliæ, tot deniq; tantæq; ſpurcitiæ? qui enim negant id quicquam poſſe nocere, ij diſtinguere noxium ab utili neſcire uidentur. Et ſi uero haud poſſumus, quin ij à nobis diſſentiant recuſare, quia tamen quod manifeſtum eſt, negant: contra eos dicere uanum eſt: ſaltem enim Galen. auſcultent, quippe qui de alimen. iij. de Tiberi eiusq; piſcibus loquens, quod mixtione eorum (inquit) quæ ex urbe in fluuium influunt, fiant deterrimi piſces, ex eo intelligere poteris, ꝙ meliores ſunt, qui in eodem fluuio naſcuntur, priuſquàm is ad urbem perueniat: proinde, ut praui ſint Tiberini piſces, intra mœnia, quoniam intra hæc eadem multo magis praua eſt Tiberis aqua.

non solum q2 improbo [illegible] pabulo, sed

Finis Primi Libri.

ALEXANDRI PETRONII DE AQVA TIBERINA Liber Secundus.

Eorum quæ de aqua Tiberina pro conſeſſis habentur examen, ac primum de colore. Cap. I.

CAETERVM *& ſi adductæ in medium rationes minime leues ſunt: Illud tamen noſtræ operæpretium eſt, quodcunq; de aqua Tiberina inter initia propoſuimus, quod ad dictorum ſolutionem facere poſſit, id ipſum ſingillatim in primis examinare, deinde prædictis reſpondere, & tandem huius aquæ uſum alijs qui rationem experientiæ comitem imitantur, planum facere.*

Conſtat igitur ſi quis colorem illum albidum (ut ſic dicam) lacteſcentem diligentius ſpeculetur, hanc ſanè aquam ex pluribus ſpecie diſſimilibus commixtam, non autem ſimplicem eſſe. Nec *ignoro complures haberi hac ætate uiros, qui ob ſulfurearum aquarum confuſionem præcipue aũt* Naris, *&* Anienis *colorem hunc oriri arbitrantur, atque adeo omnem eius bonitatem his eiſdem acceptam uelint, quos refellere nihil ferme eſt negotij, nam eiuſdem coloris turbidi inquam & lacteſcentis eas, ideſt* Naris, *&* Anienis *aquas eſſe deceret, quæ tamen claræ ſunt & limpidæ.* Ad *hæc ut illas, atque* Tiberinam, *quæ ex eiſdem conſtat, optimas eſſe, quia ſulfureæ ſunt, probare contendunt, ita has eaſdem omnes eſſe maxime uitioſas, potuiq́; minime idoneas, & ſi non uident, liquido tamen dicunt. quia enim ſulfureæ ſunt (ut* Galenus *inquit) omnes ſanè medicamentoſæ ſunt, ex quo etiam neceſſe eſt, aquam* Tiberinam *quia dictarum aquarum acceſſu, ſulfuream eſſe uolunt, aut ſemper olere ſulphur aut certe uel expurgando, uel caleſcendo, uel diſtillando, quod tamen ne ue hoc, ne ue illo modo unquam ſentitur.* Huc *accedit ꝙ ultra* Hortenſes *ſupra* Narem, *atq;* Anienem, *citra uero* Tiniam *&* Glanim, *ſimili prope colore quamquàm non intenſo quidem, ita ut* Romæ *Tiberis uidetur.*

Neque uero quis recte dicet ob pingue ſeu oleoſum commixtum aquæ prædictæ colorem hunc euenire, argumento, ꝙ aqua ipſa (ut de animalium generatione ſecundo docet Ariſt *) permixta cum oleo, craſſa, albáq; redditur.* Neque *enim ſi eam diſtillaueris, ſi coxeris, ſi tetigeris, inuenerís pingue, aut oleoſum in hac ineſſe, neque item ſi perſpicacius inſpexeris.* Quod *enim uidendo permixti pinguis imaginationem facit, id ipſum ab argilloſo ſabulo, ne ab alio quidem fit. Etenim aqua argillæ cōmixta ſolidam quandam lenitatem acquirit, à qua ſubinde ſe ſe lumine reflectente, ceu oleoſum quippiam repræſentatur quidem, ſed non eſt. aliò igitur uertenda mens eſt, ſed utrum illuc quo ſabulum argilloſum, lentum, ſubalbum huic aquæ, ut in excrementis apparet, cōmixtum cernimus? ut enim illud ſubalbeſcens, pallidumq;, ita hic pallor iuxta, & ſubalbedo, aut illùc ſanè, ad aquarū ſcilicet multitudinem ſe ſe inuicem perturbantium, quemadmodum in diſtillatitiarum quarumdam, utpote graminis, & oxalidis, item roſaceæ ſimplicisq; aquæ cōmixtione, color exoritur ſubalbus ac perturbatus, quaſi lacteſcens? in cuius rei teſtimonium illud afferri poteſt, ꝙ eæ aquæ perinde ac* Tiberinæ, *poſt aliquod tempus limoſum quoddam deponunt, clarioresq; fiunt; atque ut in perturbatione, ita in ipſa claritate ſi-*

milem penè referunt colorem, nimirum eo tempo-ris ſeroſum (ut ita dicam) lacteſcentem, hoc au-tem, cum albedine quadam pellucidum. Verum *ſi ita eſſet, quum dictarum aquarum, quæ in* Ti*berim influunt, confuſio ſit ſemper eadem, plus minus tamen quantitate, non ratione, tum con-ſtante æſtate, non alijs incidentibus, pluuijs, idem ſemper aquæ calor eſſet.* Nunc *autem uidemus in maxima aeris ſiccitate, continue magis illu-ſtrari, & ne quidem eundem claritatis terminũ, ſed uarium, ſiue bona, ſiue mala tempeſtas ſit perpetuo ſortiri.* Huc *pertinet, quod multa alia ſunt magnaq; flumina, in quæ aliunde non pauciores aquæ quàm in* Tiberim *perlabuntur, quibus ſi aquarum confuſio colorem prædictum ſeroſum inferret, colorem hunc æque ac* Tiberi *ineſſe opor-teret.* Nunc *autem haud quaquàm ineſt.* Ergo *ad ſabulum, ut etiam proxime diximus, recurren-dum, neque uero id contra eſt, ſi quis aſſe-rat, ab hoc eodem,* Tiberim *totum tingi non poſ-ſe, quoniam ultra* Narem*, citra eum locum ubi ſic incipit exalbeſcere:* Adeo *poſt magnus eſt re-liquarum aquarum in eum confluxus, ut plus decuplo ſuperent, quo circa ſabulum eius loci, ubi primum inficit* Tiberim *utpote corpulen-tum, craſſum, aut tam ample fundi nequire, aut infectionem interfluendum remittere debere,*

quum alioqui, hæc quanto eſt Romæ *propinqui-or, tanto etiamnum intenſior eſſe uideatur.* At *huic facile reſpondetur, quòd non tantum ibi intra initia, ſed totò deinde alueo, uniuerſum per iter (ut ante dictum eſt) uel* Hóſtiam *uſque* Tiberis *loca abluit ſabuloſa.* Cui *rei accedit, quòd fontes qui de cretaceis, ſabuloſisq́, huiuſmo-di locis emanant albidum quoque colorem præfe-ferunt, ſimilem penè huic, quo* Tiberis *inquina-tur.* Roget *aliquis, quomodo fiet, ut à ſabulo co-lor hic prodeat, ubi æſtate media (ſicut dici-tur) quieſcunt aquæ? quo enim pacto ſabulum per id tempus in* Tiberim *effundetur?* An *eo ſit quoniam is perpetuo abradit ripas, ac alueum,* Atque *adeo* Rumon *eſt quoque appellatus, quaſi ripas ruminans, & exedens: ut* Terenti, *etiam in aliqua parte urbis obtinuerit nomen quòd ri-pas tereret, quin etiam in ſacris ſerra dicebatur à ripis ſecandis:* Id *quod &* Maro AEneidos Octauo *indicat hoc carmine.* Stringentem *ripas & pinguia culta ſecantem:* Dixeris *ergo is prope ripas coloratior multo erit, quàm ſecundum mediũ:* Atq́; *quũ ſemper eadem abraſionis menſura eſſe nequeat, tum modo magis, mõ minus, modo iuxta hos ductus, modo iuxta illos ſuũ colorẽ repræſen-tabit.* An *uero proxime eum locum ubi abraſio fit, poteſt id ipſum contingere, poſt deinde confu-*

ſis omnibus colorem unum eundem ubicunque apparere? Verum adhuc inſtas, qui fiet, ut eo tempore ſabulũ in ſummo retineatur, ne uero in imum repente labatur totum? niſi id forte contingat, quoniam illud non diuiſum quidem ut arena, ſed ſuum ob lentorem expanſum perinde quaſi tenuiſſimum uelum, tenacius multo quàm arena, & quiuis alius ſolutus puluis ſuſpenditur: tantiſper autem circa ſumma ſubſtinetur, dum frequenti aquarum agitatione obuolutatur. At uero quoniam accidit, ut interfluendum ſemper agitentur aquæ, ſemper igitur color hic à ſabulo hinc, inde, ſurſum, deorſ, ultro citroque Tiberi interfluendum inerit. Sed quid ijs immoror? nõne colorẽ hunc aqua Tiberina figlinis uaſis incluſa ſe ſe ſtatim exuit, ubi probe defæcata eſt? Non ne tum eius defæcatio eſt? ubi argilloſum ſubalbum ſabulum, iam in imo reſedit? quid igitur, aliud quàm id ſabulum erit huius coloris cauſa? neque enim id quod à ſtillatitijs alijsq; aquis (ut diximus) ob confuſionem dumtaxat perturbatis, in uaſis fundo deponitur, huic ſimile eſt: ſiue illius quantitatem, ſiue qualitatem reſpexeris: Quantitatem quidem quia tantum non eſt, qualitatem uero quia limus eſt refertus uelaminibus quibusdã flatulentis unà cum prætenui puluere, non autem ſabulum argilloſum ſubalbum, neq; item Tiberinæ cum prædictis

aquis intra primos purgationis dies, in colore ſimilitudo, nos inducere poteſt, ut arbitremur propter aquarum confuſionem, colorem hunc fieri, Primũ quia ubi Tiberina poſtremo defæcata eſt, pura ſimpliciterq́; pellucida redditur atq; colorẽ illum cũ albedine mixtum à ſe ſe penitus abdicat. Illæ contra multo maxime ſibi uendicant. Deinde quia eſto ꝗ illis aquis hoc deniq́; idem accidat, ob hoc tamen haud ſequitur ut eadem ſit in utriſque coloris acquiſiti rurſumq́; deperditi cauſa, nam multa alia concurrere ſimul oportet, quibus coniecturam hanc ita faciamus. In ſumma igitur prædicti coloris cauſa ſabulum erit argilloſum atque ſubalbum, nec minus etiam cuiuſque in illo tum intenſionis, tum remiſſionis. Nempe intenſionis ubi creſcunt aquæ confertimq́; partim uerrunt, partim uerò corrodunt ſabulum, remiſſionis autem ubi deficiunt quidem, ſed tenuiter abradunt illud.

Cur ſubſtantia Tiberinæ craſſa, turbida tenax ac lenta ſit. Cur item obſtru ctionem in matricibus ter-rarũ ita vocatis efficiat.

Cap. 2.

ATque hæc de colore, quæ quum ita ſint, neceſſe eſt ſubſtantiam huius aquæ turbidam, craſſam, tenacem ſimul ac lentam eſſe (iam .n. de pingui ubi de colore agebatur, ſatis ſuperq; dictũ eſt) ob eamdem ferme cauſam: nimirum quia ſabulum tale eſt, quippe quod ſuapte natura non ſolũtum uelut arena, ſed quale (multi uocant) maſculum eſt. Tale .n. cum argilla cõmixtum aquæ hanc eamdem craſſam, turbidam, & tenacem, & lentam efficere poteſt. Sicut etiam lentore tenacitateq; ſua in matricibus nuncupatis, obſtructionem.

Cur æſtate calidus, hyeme vero frigidus Tiberis ſit.

Cap. 3.

POrrò autem huius aquæ tum æſtiuus calor, tum hibernum frigus aliunde prouenit, quàm à propria eius natura: Si enim quis eam alueo in medio alte hauriat ut meſſores rem experti,

æſtate faciunt; tantum abeſt, ut calida ſit, ut quàm frigidiſſima ſentiatur. Contra uero hyeme: ita quidem ut ſuperficie tenus, non autem profundo ſit, æſtate calens, hyeme uero frigeſcens. id quod accidere æquum eſt, tum ob aſcititiam à ſabulo craſſitudinem, tum ob eiusdem ſitum. Ferè enim ubiq; ſui aluei à ſole uiſitur, hic præſens, calorem, hieme, abſens frigus afferre ſolet, ſed ſubſtantiæ craſſitudo, retentionem ſanè atq; durationem dictarum qualitatum: has uero non admitti intrò, ſed more aquarum optimarum hyeme, intus calidam, æſtate frigidam eſſe, id clariſſime oſtendit ſubſtantiæ ſuæ craſſitudinem, ſubdititiam eſſe, ne quidem natura inſitam.

Cur lora, quod acinatium appellatur melior ſit ſuper affuſa aqua Tiberina quam alia. Cap. 4.

CAEterum huius aquæ commixtion. lora quod uocant acinatium ſiue racematium, tenuior purior, ac dulcior euadet, quòd unà cum uinaceis ebulliens coquitur. Coctio enim (ut Ariſt. inquit) nihilo craſſiorem facit aquam, quinimmo (ut Alexander) longe tenuiorem, quin etiam craſſum à tenui ſegregans, puriorem quoq; efficiet:

lib. de ſen. & ſenſili cap. 1.
Pri. Anot. naturaliũ

& quoniam dulcedinem (ut ante dictum eſt) inducit, adhuc dulciorem. ſed hæc etiam alijs aquis communia ſunt; illa igitur huic propria erunt, quod magis perſpicuam, quod durabiliorem reddit loram. Horum igitur utrunque fieri ob ipſum ſanè pingue, ſiquidem in ea ineſſet, rectè utique quis aſſereret. Id enim illuſtrare poteſt, ac uelut oleum ſupernatans, liquorem intus clauſum à putredine cuſtodire; quippe quod illum ab ambientis ingreſſu, qui corrumpendo eſt tueatur. Sed ſi pingue ſeu oleoſum iſtud in hac aqua (ut diximus) non inuenitur, dicamus ob ſabuli prædicti comixtionem, id ipſum accidere. Tale enim quia lentum eſt, per uniuerſum acinatium una cum liquore diffunditur. Quia uero graue eſt, deorſum ſanè labitur, ſed non prius (quia ualde tenax eſt) quàm ſecum deuerrat trahatque quicquid in liquore, poſt coctionem quam ebullitionem appellant, excrementoſum remanſerit. Quamobrem ille qui maxime repurgatus, nempe tum ebullitione qua ſupra & infra ſecernuntur ſuperflua, tum expurgatione, quam ſabulum modo quo diximus efficit, quanto purior, quàm ubi alijs aquis immiſcetur, euadit; tanto etiam durabilior, magiſque perſpicuus ſit.

Cur limpidiſſima vbi fictilibus conſeruatur. Cap.5.

NEq; minus ſeruata fictilibus limpidiſſima redditur ꝙ loco firmata, tum ſabulo ſuum ob pondus in imum ſubſidente, purgatur, ac ſi per pannum laneum diſtillaret: hoc differens ꝙ illic pannus manet, illa deſcendit, hic illa manet, ſabulum deſcendit: id enim ob ſuum lentorem undique extenſum, ob tenacitatem ad aquam obnixe adhæreſcens, ob grauitatem (quoniam aquarum agitatio ceſſat) in imum tendens, aquam ipſam ſecum deorſum pertinaciter trahit: Tum uero liquor tenuior, dum ueluti quædam compreſſio à ſabulo fit, ſurſum (ut ita dicam) ſenſim exſudat, purus præterea leuiſſimus, limpidiſſimusq;, eius quocunque feculento ac craſſo deorſum labente: Id quod & ſi humor dulcis (ut placet Ariſt.) mixtus cum terra eſt, tamen plerisq; alijs aquis eo minus datur quo terra illis cõmixta magis arenoſa puluerulentaq;, & (ut dicunt) ſoluta eſt, non autem lenta, tenax, maſculaq;. Ad hæc quo etiam terra minus complexa illas eſt, quàm ut eas perpetuo tum æſtate, tum hyeme interfluendum coloret, longe aliter ac aquæ Tiberinæ contingat. Sic itaq; atq; ob id limpidiſſima redditur, nempe ob ſabulum (uti diximus) ac eodem ferè mo

do, quo ſtillatitia, niſi quod illic ſabulum, hic uero ignis depurationis eſt author.

Verum non eſſe vt diutius ſeruata, limpidior ſemper fiat. Cap. 6.

AT *uero quod ab initio ſupponebatur, quo diutius ſeruatur eo limpidiorem fieri, perpetuũ non eſt, ſicut etiam ꝙ ubi decoquitur, excrementoſum aliquid in fundo ſemper deponat. Quemadmodum enim coctione ſimpliciter expurgatur, atque ad ultimum perſpicuitatis deuenit, ita ſtato quodam tempore perſpicua ex ſe ſe fieri poteſt, ultra id, niſi in infinitum labatur (id quod nemo ſanæ mentis exiſtimabit) non poteſt.*

Vtrum incorrupta ſit quia denſarum ſit partium. Cap. 7.

SAne *incorruptam perdurare alicui forſitã uideretur quia denſarum hoc eſt craſſarum in unũ conuenientium illa ſit partium. Iam enim eorum opiniones qui eam ſulphureis aquis, & qui fimo*

tribuere conantur in antedictis exploſæ ſunt. Si *ergo putredo (ut* Meteororum *.iiij. docet* Ariſt.) *ab aliena caliditate ſit: hæc autem eſt quæ ambientis, contingere uidetur quæ ita denſarum ſunt partium, difficile admodum corrumpi, tamquam ea quæ ob craſſam corporis denſitatem, ambientis ingreſſum, haud quaquam recipiant.* Sed illud *contra quam dicitur habet: eodem enim in genere quod graue eſt, id quo denſius, ſi quidem partibus ſe ſe inuicem comprimentibus aut quouis modo compreſſis denſetur, eo ponderoſius eſſe conuenit: ut inter nubes quæ denſiores iam ſunt, eæ ob grauitatem celerius decidunt: quo circa ſi hæc ideo incorrupta magis eſt quàm aliæ pleræq; aquæ, quia magis denſa craſſáq; eſt, ſecundum analogiam, magis quoque grauis erit, cuius oppoſitum aperte uidemus.* Huc accedit, *quia enim optima putatur eſſe, talis uero non craſſarum ſed tenuium (ut primo de ſimplicibus* Galenus innuit) *partium eſt, ob dictam denſitatem incorrupta utique non erit.* Erit ne igitur *ob denſitatem aliquam quæ partium fiat tenuitate? profecto enim ſi denſum, idem quod ſpiſſum ſignificat (Galeni nuncupationes de hoc eodem interim omittamus) id ipſum haud temere inquiri poteſt. Sanè uero ſpiſſum modo craſſarum, ut explicauimus, modo tenuium dicitur partium.*

Tex. 10. *Nimirum quod tenue (ut de generatioue secun=*
Sect. 25. *do docet* Ariſtoteles*) replet* (μικρομερὲς γὰρ) *quod*
autem replet totum, totum tangit.: Tale uero
ſpiſſum ſit, oportet, atque iccirco idem author de
prob. 16. *aquis loquens, potui idonea (inquit) ſpiſſa ex te=*
Lib. 33. *nuitate ſuarum partium eſt, ſalſa amplioribus*
interſtitijs inanit. Necnon Timæus *apud* Plato=
nem. Aurum quod denſiſſimum eſt, ex tenuiſſi=
mis leuiſſimisq; fieri tradit: atque ideo Plinius,
nec aliud laxius dilatari, aut numerioſius diuidi.
Verum huic ſententiæ reluctatur quod permulta
tenuium ſunt partium, quæ tamen paruo nego=
tio corrumpuntur, ut paucifera uina, ut aqua
pluuia Si Auicennæ *fides adhibenda eſt, quip=*
pequi ſecunda primi pluuiam aquam ob maxi=
mam eius partium tenuitatem, celeriter putre=
ſcere ſcriptum reliquit.

Vtrum incorrupta ſit. quoniam ex putri ortum habet, vtpote quæ interfluendum putrida videatur eſſe, aut figlinis vaſis compræhenſa putreſcere. Cap. viii.

Dicet aliquis, quum aqua hæc interfluendum turbida ſit, tum putrefactionis ſpetiem quampiam præſeferre. Sicut ergo acetum de putri uino genitum uix deinde corrumpitur, ita hanc ex aqua putri ortam non niſi ægre corrumpi: forte ſicut Epigenes, q referente Plinio aquam quæ ſepties putrefacta, purgata ſit, amplius non putreſcere perhibet. At is toto (ut aiunt) aberrat cœlo. Neque enim putredo eſt (ut ſupra narrauimus) quæ in aqua Tiberina perturbatio cernitur. Huc pertinet ꝙ *putredo ſaporem ac odorem immutat, inducit'q; alienum: quum tamen nihil horum in hac aqua uel turbida repériamus. Neque item ex putri generatio corruptionem fieri prohibet, ut aceti exemplo probatur. Videmus enim fungos nonnullos, alia permulta ſilentio pertranſeā, celeriter putreſcere, quos ex putredine ortos nemo ſanæ mentis inficiatur. Vtrum uero quemadmodum nonnullæ aquæ, quæ in nauibus ad po-*

Lib. 31. cap. 3.

tum conſeruantur, ita hæc figlinis uaſis impoſi- ta primum corrumpitur, deinde rurſum clareſcit, longoq́; tempore ita perdurat? ſed quinam id in iſta continget, quum hæc nunquam in ſuis uaſis niſi forſan aliunde coinquinatis corrumpi uidea- tur: Tum etiam in alijs ita corruptis eſto quod perſpicuitas, multo intenſior aliquando reddatur, color tamen ad ſubnigredinem quampiam uergit, utpote corruptionis acquiſitæ & ſenij, ſi forte ſe- neſcunt, ſubſequentis index. Tum ſapor quidam (ut proximo dictum eſt) guſtanti infeſtus ple- runq; ſentitur, cuius tamen optimas aquas qua- lis Tiberina ſupponitur, eſſe expertes oportet.

Vtrum pingue quod huic aquę ineſſe pu tant cauſa, ſit in corruptionis eius. Cap.9.

AN *igitur tam celebris, tantæq́; incorruptio- nis cauſa pingue illud eſt quod ſibi coniunctũ habere creditur? Id enim meatus corporis inter- ſæpiens ſpiritum exteriorem admitti non patitur, quemadmodum oleum ſuccos pleroſq; ſuperinfu- ſum à putredine tuetur. Cuius rei fidem alicui facit, tenuis quædam membrana, Græcis forte* γρῆυς *circa uaſis oſculum hanc eandem continen tis ſummo tenus inuenta, ſi quo temporis inter-*

uallo intactum uas manere permittatur: Porrò autem ſi de hoc pingui conſtaret ita ut inter initia conſenſu quorundam aſſeuerabamus, ad aliud, reſpectum habere opus non eſſet. At ſi quis id ipſum ad uiuum reſecet (ut ſupra quoq; diſputatum eſt) is in hac aqua pingue aliquod non inueniet. Neque uero huic accedit membrana illa ſuperficie tenus pernatans, quum in his quæ minime ſunt pinguia, ut in aceto, in lixiuio, in uino, & pleriſq; ſimilibus hæc eadem reperiatur. Tum etiam ſi eam ore ſuſceperis & lingua uel agitaueris uel perfricueris, ſenties ſabuloſum quippiam: longe ſecius quàm oleoſum aut pingue.

Cõtra eos qui adeo mirantur ꝙ aqua Tiberina quaſi ſola inter omnes aquas non putreſcat, ac de quæſitorum tum modo tum ordine ad id ipſum inueſtigandum. Cap. 10.

NEC ſatis ſcio laudem ne eos, qui tanta cum admiratione, tantóq; (ut ita dicam) ſtupore ſuſpiciunt eam quæ in aqua Tiberina eſt ad putreſcendum contumacia, ſanè uero immirari deſinant atq; animum illuc aduertant quod ea eſt ferè

aquarum natura, ut quàm minime putreſcant, niſi quid acceſſerit aliunde. Sed quum aqua Tiberina (*ut dictum eſt*) *interfluendum turbida*
Sect. pri. *ſit & albida, contra quam aquæ natura habeat,*
prob. 54. *ac figlinis uaſis incluſa, non fluat quidem, ſed maneat quod uero manet* (*ut inquit* Ariſtoteles) *putreſcit modo aquæ immotæ*: Iuſta euenit ratione ut inquiramus, cur figlinis uaſis recepta duret imputris, ad inſtar optimarum aquarum, qualis interfluendum hæc eſſe nequaquam uidetur. Non autem (*ut multi quidem inepte quæſ runt*) *quaſi ſola aquarum omnium imputris exiſtat.* Id quod ut recte intelligatur, altius aliquãto, quàm noſtra poſtulet oratio, ſi id modo exoſrem ne ea res mihi ſit fraudi, exordiendum eſt. Ac primum ne in eo de quo ſit diſputatio, decipi contingat, diſtinguere oportet: quid corrumpi, quid putreſcere ſignificent: Deinde qualis nam aqua ipſa ſit, mox utrum putrescat, poſtremo cur Tiberina non putreſcat, decernere. Sic enim eo quod commune eſt, cognito, facile eſt ſubinde uniuſcuiuſq; propria ſpeculari.

Quid corrumpi, quid putreſcere, quomodo inuicem differunt, & quid nam non putreſcat. Cap. xi.

ITaq; ante omnia ſcire licet aliud eſſe corrumrumpi, aliud putreſcere, quippe illud interdum (ut infra patebit) uiolentia fieri, hoc ſemper natura: illud communius, hoc preſſius: ac ferè ſe ſe ad inuicem habere ut genus ad ſpēm: quicquid .n. putreſcit (ſiquidem Ariſtot. authore putrefactio eſt corruptio) id omne corrumpitur. Non aūt commeat ut quicquid corrumpitur, id omne putreſcat. Ignis nanq; in id quod non eſt, permutatur, id enim corrumpi dicitur, ſed ut Meteororū iiij. putat Ariſtot. non putreſcit. Exquo incidit, ut aliud ſit quærere, utrum aqua incorruptilis ſit: aliud, utrum imputris. Illud omnibus quæ orta ſunt, euenire poteſt, id illis dumtaxat, quæ propriam obtinent caliditatem in humido quopiam. Siquidem putrefactio (ut inquit Ariſtoteles) corruptio eſt, in unoquoq; humido propriæ, & ſecundum naturam caliditatis ab aliena caliditate, hæc autem eſt quæ ambientis. Quamobrem id non putreſcet, quod circa, nullum erit ambiens calidum: Atque adeo frigore obſidente, putreſcere perquam raro contingit: Ambiens uo

Meteoro. quarto.

co non id ſolum quod aer eſt (ut pleriq; perperam
opinantur) ſed quicquid rem ipſam circuit ſiue
id aer, ſiue aqua, ſiue quid aliud extiterit. Neq;
item refert utrum intus in corpore ſit aut foris ,
dummodo ambiat. Etenim Ariſt.Meteororum.iiij.
ἐν μὲν γὰρ τῷ χειμῶνι *inqt* ὀλίγον ἐν τῷ περιέ
χοντι ἀέρι καὶ ὕδατι τὸ θερμόν.*ſectione itē pro*
blematum tertia cauſam cur uinolenti nequeant
concūbere inquirens ὅτι δεῖ τίνα τοπον *(inquit)*
ἐκθερμανθῆναι μᾶλλον τοῦ ἄλλου σώματοσ, τοῦ=
το δὲ ποιεῖν διὰ τὸ πλῆθοσ τῆσ ἐν ὅλῳ τῷ σώ
ματι θερμασίασ ἀδυνατοῦσιν, ἀποσβέννυται
γὰρ τὸ ὑπὸ τῆσ κινήσεωσ θερμὸν, γινόμενον ὑπὸ
Tex. 53. τοῦ περιέχοντοσ μᾶλλον. *Sic enim ait, illic qui=*
dem non tantum aerem , uerum etiam & aquam
ambientis nomine accipiens : hic uero uini calo=
rem intus in corpore iam exiſtentem . *Quin etiam*
corruptricem caliditatem intus in ipſis putre=
factis ineſſe perhibet. quapropter & in marcidis
animalia innaſcuntur , ineſt enim caliditas quæ
corrumpit uniuſcuiuſque propriam caliditatem,
ſic enim ait , ut ferme intus in corpore inexiſte=
re ambientem caliditatem nihil referat . *Sed ad*
rem noſtram , ita illud minime putreſcet, quod
propriam non habedit caliditatem : quod nanque
calidum non eſt, qui fiet? ut eius caliditas corrum

patur? Ab hoc, quod humidum non fuerit. Ete= nim quod ſiccius (ut inquit Ariſtoteles *) id mi= nus putredini patet.* Deinde *quod nequaquam corrumpitur, aut ſi corrumpitur, non ſecundum naturam corrumpitur.* Vbi *enim caro ſiue os, ſiue quid aliud exuritur, tametſi cætera ad pu= trefactionis rationem conueniunt, quia tamen corruptio iſthæc, non natura ſed uiolentia fit, putrefactio dici nequit* πᾶσα γὰρ ἡ κατὰ φύ= σιν φθορὰ *(ut inquit* Ariſtoteles*)* εἰς τοῦθ' ὁδὸς ἐστὶ, *quod eſt, omnis enim ſecundum naturam cor ruptio, in hanc uia eſt; ita quidem ut abſque na turali corruptione, putrefactio ipſa fieri non poſſit.*

Sect. 13. Probl.

Meteoro. quarto.

Porrò *autem uiolentia fieri nunc intelligen= dum eſt nihil uidelicet conferente eo cui uis in= fertur:* Natura *uero, contra, ſcilicet eo quod corrumpitur, aliquid conferente, conferente ni= mirum ex propria natura aliquid & non ex com muni omnium, ſiquidem quoad hanc attinet, ni= hil eſt ex his quæ pati poſſunt quod naturaliter non patiatur;* Ex *quo incidit, quæ dumtaxat ob uulnerationem, aut contuſionem, aut uſtionem in animalibus corruptio fit: quoniam propria il= lorum natura nihil in ea opera confert, ut non naturalis ſed uiolenta potius corruptio*

ſit. contra uero, putrida febris, purulentus abſceſſus atque omnino ſuppuratio, quia eorum natura uel humorem, uel calorem; uel quid huiuſmodi conferente, contingit: ſecundum naturam corruptio, & non uiolenta dici debet, corruptio inquam humoris huius aut cuiuſuis alterius.

Putrefactionem de qua Ariſtoteles agit non eſſe genere diſtinctam ab ea de qua medici. Cap. 12.

EX *quibus illud latiſſime patet, falſum eſſe quod omnibus ferè medicis, pleriſq; uero philoſophis negotium faceſſit, opinantibus putredinem quã* Ariſtoteles *definiuit alterã omnino eſſe ab ea de qua medici loquuntur.* Argumento quòd *illa ſecundum naturam ſit, hæc uiolenta: ꝙ illa ab ambiente, hæc ab obſtructione fiat: perinde ut illa tantum in animalibus et plantis ac ſenecta tantum ætate; Hæc paſſim, omni tempore, atque in omnibus contingat. præterea quidam addidere, ꝙ illa naturalem corruptionem ſubſequitur, hæc antecædit, ut ex putrida febre quum ſequitur mors: ꝙ inſuper illa corrigi nullo modo queat, hæc uero*

contra.

Sed hæc omnia nullo negotio diſſoluentur, his diligenter inſpectis quæ tum de ambiente, tum de eo quod eſt uiolentia, & natura fieri, proximo re cenſuimus, quum enim ambiens non modo foris ſed intus quoque ineſſe poſſit: quid probibet obſi dente obſtructione ut incluſus calor, qui rem ip- ſam intus male afficit, ambiens tantiſper ſit, dum neq; unitus rei, neque ſimilis eſt, ſed alienus? Ad hæc ſi natura corrumpi nunc accipimus pro eo quod eſt propria natura ſuggerente aliquid & cõ ſenſum (ut ita dicam) præſtante: perſpicuum eſt quod nihilominus in alia ætate quàm ſenecta atq; in alijs etiam corporibus quàm uiuentibus iſthæc putrida corruptio oriri poteſt. Proinde falſo ij opinantur ꝙ febrilem putrefactionem mors ipſa ſuapte natura (quod uocant perſe) conſequatur, niſi dixerint aliunde, quod eſt ſecundum accidens, tale aũt quia infinitum eſt, in differentiam ſumi ab illis non debet: Quinimmo quemadmodũ mors natura prior eſt, quàm putrefactio cadaueri con- tingens, ita in humoribus uerbi cauſa, corruptio prior eſt quàm putredo quæ febrem excitat, cor- ruptio inquam hac in parte ſiue ſimilari ſiue diſ- ſimilari, ſed non penitus in corpore toto. Atque adeo ut naturalis corruptio, contra quam illi arbi- trentur, natura ſemper antecedat putrefactionem

quamcunq; . Prius enim natura genus eſt quàm ſpecies . Sed utrum uocata ab Ariſto. putrefactio corrigi poſſit (ne præſentem orationem nimis prolixam reddamus, dubitantes an ſimpliciter an ſecundum quid cum medica tum phyſica corrigatur) In hac re Ariſtotelem ipſum audiant, quippe qui de animalium generatione canitiem eſſe quandam putredinem refert, ſimul'q; per ægritudinem, pleris'q; pilos canuiſſe, mox ualetudini reſtitutos nigruiſſe , ubi putredo (ut ita dicam) Ariſtotelica in pilis orta, deinde permutata in habitum legitur naturalem . Cæterum ut alia clarius intellıgant : Medici quidem Galenum, philoſophi autem Ariſtotelem conſulant : Ille enim de febrium drīis ſecundo , an febris ſanguine putreſcente naſcatur, quæque febrium ſpecies ſit, inquirens , in putrefactionibus (inquit) nam & ſanguinem quandoq; putreſcere eſt neceſſarium , quærendum quæ nam ſit harum febrium ſpecies . hoc autem inueniri poſſe putandum , ſi prius cognouerimus . quo pacto ſanguis putreſit · Nam recte ſentire uidetur Ariſtoteles ab aliena caliditate oriri putredinem , uoco autem alienam externam , non uſitatam atque natiuam in quocunque genere rerum , nam hæc coquere apta eſt , externa autem corrumpere, quod eſt putrefacere, calor autem extrinſecus ſanguini aduenit & in

ſolis deuſtionibus , & in peſtilenti aeris fla-tu, atque, ut ſimpliciter dicam in febribus uniuerſis , quacunque ex cauſa originem traxerint, & reliqua. ſic enim ait. ubi ſanguinis in corpore putredinem inueſtigans , putrefactionis definitione utitur, quam Ariſtoteles *aſſignauit, perinde ac ſi eam ſub illius genere complecteretur* . Nec non *externum calorē non eum ſolum qui ex obſtructione, ſed eum etiam qui ex ſolis ardore & peſtilentia atq; alijs cauſis fieri ſolet, interpretatur : quemadmodum libro de inæquali intemperie quū dicit, neque enim ſola quæ inculcata ſunt & perſpiratu prohibita putreſcunt (uerum celeriter ea maximeq;) cæterum putreſcunt et alia multa quæ putredini ſunt oportuna, ita enim ait* . Age uero *putredo (ut ita dicam) medica naturalis eſt aut artificioſa, quæ quum non arte, ut omnes hac noſtra ætate confitentur, ſed natura fiat, tum ad naturalem philoſophum attinebit* . Nam quid Ariſtoteles *quum libro de ſenſu & ſenſili tum libro de reſpiratione, illic quidem ab initio , hic uero ad calcem inquit*, περὶ δὲ ὑγιέασ καὶ νόσου οὐ μόνον ἐςὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ. *quod eſt de ſanitate autem & ægritudine non ſolum eſt medici, ſed et phyſici?* Putredo.n.*quam dicunt medicam, aut ægritudo eſt, aut ægritudinis cauſa, utrouis eſſe concedatur modo, à*

phyſico ẽt conſyderetur, oportet, quod ſi ita eſt, ut eſſe debet, ſub communi putrefactionis ratione ceu minus commune quis eam ſine iniuria compræhendi negauerit? Si igitur Ariſt. Meteororum 4: putredinem naturaliter definiuit, cur hanc quam uocant medicam ab illa omnino ſeparaſſe putabimus? Et authorem hunc adeo ſolertem naturalium'q; rerum adeo ſatagentem, in his quæ medicam putredinem generaliter attingunt, ita oſcitanter defeciſſe?

Ecquid is (inquit) eodem in loco ſimplici generationi contrarium maxime commune, putrefactio eſt? quaſi ꝙ omnibus quæ ſimplici generatione oriuntur, niſi ui poſtea corrumpantur, naturaliter uſuuenire ſoleat putrefactio? ſiue enim ſimplicem generationem intellexeris communiſſimam omnibus ſiue eam quæ mixtis, calido ipſo obtinente, contingit: perſpicuum eſt multo plura eſse quàm plantas & animalia quæ ſecundum Ariſtotelem *putreſcunt*. His *adde quod paulo poſt ſciptum reliquit*. οὖ μὴν ἀλλὰ ἰδίως γε λέγεται σῆψις ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος φθειρομένων, ὅταν χωρισθῇ τῆς φύσεως, διὸ καὶ σήπεται πάντα τὰ ἄλλα πλὴν πυρὸς, καὶ γὰρ γῆ καὶ ἀὴρ σήπεται, πάντα γὰρ ὕλη τῷ πυρί ἐστι ταῦτα. *quod eſt quin immo proprie dicitur putrefactio in his quæ ſecundum partem corrumpuntur quum ſe.*

parantur

parantur à natura: propter quod & putreſcunt omnia alia præter ignem. etenim terra, & aqua, & aer putreſcunt, omnia enim hæc materia igni ſunt: quid igitur terram, aquam, aerem, quæ apud nos mixta elementorum nomine cenſentur, propriè putreſcere, aſſeuerat? hæc enim uiuentia non ſunt, neq; ſanè plantæ neq; animalia. quid dicam? ubi deinde nos admonet, quod mouetur & fluit, minus putreſcere, quàm quod quieſcit? Vbi quod multum eſt, minus quàm quod paucum? Vbi mare ſecundum partem diuiſum, breui putreſcere, totum uero nequaquam? atque alias aquas ſimiliter? Ecquid ubi de animalium generatione Pus (inquit) putredo quædam eſt? Quin etiam terrenum uaporem putreſcere ſitumq́; fieri tradit: Nec non pilos ob ægritudinem in alia ætate quàm ſenecta caneſcere, canitiem uero quandam eſſe putredinem, quæ omnia oſtendunt tum animatis, tum inanimatis, quum omni tempore tum omni ætate uſuuenire, poſſe putredinem quã Ariſtoteles Meteororum .iiij. definiuit. Neque eam rationem illic tantum, ſed ubique ſuarum cõmentationum perpetuo ſeruaſſe, cuius rei fidem facit id quod de animalium generatione memoriæ prodidit. Ait enim putredo quæq; fit à calore ſed non ſuo, ut alio loco expoſui: Putredo aũt & aquæ, & terræ, & quorumuis huiuſmodi Libro 5.

corporum fieri poteſt, quamobrem terreni etiam uaporis putredinem nouimus quę ſitus uocatur. Etenim ſitus, caries uaporis terreni eſt: itaq; in pilis quoq; alimentum tale, quum non cocoquitur, putreſcit, atq; ita efficitur ea quæ canities appellatur. Ac poſt paulo inquit, ſi uapor ſe efferens concreſcit, pruina fit, ſin putreſcit, ſitus. Deinde etiam ait. Hoc ita eſſe inditium eſt, quod pleriſq; per ægritudinem pili canuerint, mox ualetudini reſtituti nigruerint, & quæ ſequuntur.

Itaq; quoniã Gal. putreſcere ſanguinem, iuxta eam quæ ab Ariſto. tradita eſt, putredinis rationem aſſeuerat, ſub hoc nimirum genere medicam putrefactionem complexus. Ariſt. uero terram, aquam, aerem, & alia (ut diximus) præter ignem ſimiliter putreſcere: ſequitur dicta putredinis ratio, ut omnibus quæ putreſcunt, cõmuniſſima ſit, neq; minus complectatur phyſicã quàm medicam (ut aiunt) putrefactionem. Contra quàm pleriq; tũ medici, tum philoſophi in hanc uſq; ætatem exiſtimauerint. Id quod illis eueniſſe credendum eſt, quoniã ÿ argumenta, quæ in medium nos proximè adduximus diſſoluere aut negligebant, aut forte nequibant, haud recte intelligentes, quid ambiens, quid uiolentia, quid item natura corrumpi ſignificaret.

Qualis ſit aqua ipſa pura. Cap. 13.

ATq; quum iam pateat quid corrumpi quid putreſcere ſignificent, quomodoue inuicem diſtinguantur, ad alterum propoſitum redeamus, quod eſt, qualis aqua ipſa ſit: quæ, quum pura, tum impura dicatur: ſcire licet de pura præſentem oratione inſtitui. Hæc igitur (ut Gal. placet) tribus ſanè ſenſibus iudicatur, nempe uiſu, guſtu, (ut ait) ac odoratu uiſu quidem, quum syncera fuerit ac planè pellucida: guſtu atque odoratu ſi nullam offerat qualitatem ſed ad unguem qualitatis expers appareat. Alioqui ſi aqua quæ obſtrepit, (ut inquit Ariſtot.) grauior eſt quàm ea quæ nõ obſtrepit, utpote quæ leuior multo ſit, non iniuria factum uideretur, auditum in quartum iudicem afferre, ſtatuentibus, ut aqua pura dum agitatur quàm minime obſtrepat: Siquidem hæc quanto leuior, tanto etiamnum purior exiſtimetur eſſe, ut pote quæ grauitatem intenſam non ſine denſiori terrenaq; ſubſtantia ſortiatur. Sed ut illud difficile admodum eſt internoſcere, ita his addere ut tactu ſentiatur humida, niſi ſecundum facultatem (Hoc eſt niſi ſecundum quòd humectandi uim habet) dumtaxat conſyderetur, planè ſuperuacuum eſt:

1. de ſimp. cap. 1.

Section. xi probl. x.

quippe quæ ſiue pura, ſiue impura, eo tamen aqua dicitur, quo humida eſt. Sed hæc utcunq; ſint: Illud quis negauerit? ſenſibus aquæ puræ iudicibus tactum aſcribere, parte qua frigida eſſe debet? ſi enim ubi calida fuerit (ut ait Alex.) *adhuc aqua eſt, ſed ne pura quidem: neceſſe eſt ut aqua pura præterea quæ diximus, tactu quoque frigida ſit, atq; ſuapte quin etiam natura, id quod omiſſis his quæ tum* Ariſtot. *tum* Galenus *tradidere, illinc quis maxime credet, quod calefacta ſi propriæ naturæ relinquatur, in priſtinam frigiditatem facile reuertitur. Proinde non aliquem illi calorem innatum eſſe dices, ſiue ſenſum conſulas, ſiue intellectum. Vt enim tactus calorem (calidum nanq; quoddam eſt tactile) in ea nullum iudicat, ſic etiam (quoniam igni oppoſita eſt) intellectus.*

Sed obijcient illud aquæ ſimplici, quod elementum eſt, conuenire, huic uero nequaquam: quoniam (ut infra dicetur) commixta eſt. Quin
Com. 5. *immo huic eidem ſi mixtum unumquodq; (ut* Me*teororum .iiij. ac collectaneorum.ii.* Auerrois *in*-
cap. pri. *quit) proprium ac innatum calorem habet, inſitum aliquem calorem ineſſe. Siquidem etiam (ut primo naturalium quæſtionum dicit* Alex.) *ſi ex frigido mutetur, manet adhuc aqua, eſt enim aqua etiam cum calefacta fuerit, ſic enim ait.*

Vtrum igitur his modo acquieſcendum, concedendum'q; in aqua quæ apud homines eſt, calorem quidem ineſſe ſed adeo tamen exiguum ut à frigore quàm maxime ſuperetur, atq; in hanc ſententiã uenire Ariſtotel. *dum* Meteorum .iiij. *quæcun'q; igitur aquæ (inquit) ut plurimum frigida, ſi non alienam habeant caliditatem, ut lixiuium, urina, uinum, quæcun'q; autem terræ, ut plurimum calida ut calx, cinis paulo poſt.* Sed *tamen (ut determinatum eſt) in quibus quidem materia aquæ plurimum, frigida, opponitur .n. hæc maxime igni: in quibus autem terræ aut aeris calidiora.* Niſi *forte magna admodum differentia mixtorum eſt? qui enim fiet? glacies, nix, grando, ut calido conſtẽt? an mixta quædam frigido conſtabunt, pluriſma autem calido? quamobrem* Ariſtoteles, *ex his autem manifeſtum (inquit) ꝙ à calido & frigido conſtantur corpora, hæc autem incraſſantia & cogentia faciunt operationem ſuam, ob id aũt ꝙ ab his componuntur, in omnibus eſt caliditas, aliquibus autem eſt frigiditas, qua deficit.* Ergo *ſi commixta quædam uel maxime, uel omnino frigida ſunt: quid prohibet ut aqua, quum natura ſui frigida ſit, tum ut frigido, non autem calido contineatur.* Tametſi *énim frigidum ab* Ariſto. ποιητικὸν ὡσ φθαρτικὸν ἢ ὡσ κατὰ συμβεβηκόσ, *quod eſt actiuum ut corruptiuum aut ſecun*

Meteo.4.

Meteoro. quart.30

dum accidens appellatur, id tamen in pleriſq; omnibus eſſe quidem, ſed in aqua quæ igni maxime oppoſita eſt, quis affirmauerit? Proinde nihil eſt quod de illius calefactione in medium proxime adducebatur. Non enim illa calore ſeruatur (ut putant) ſed conſumitur: ſtatim nanq; in uaporem degenerat, quod facta deinceps in eius corpore diminutio patefacit: Videtur autem permanere eadem, quia nos latet euaporatio, qua de re aqua pura præter id quod ſaporis, odoris, ac coloris (ut aiunt) eſt expers, ſuapte quinetiam natura tum frigida erit, tum nullum ſanè calorem habebit innatum.

Vtrum aqua pura putreſcat. Cap. 14.

QVIBVS *ita ſe habentibns non arduum eſt, utrum aqua ipſa pura putreſcat, inueſtigare. Si enim quod calorem innatum non habet (ut ante monuimus) non putreſcit, aqua aũt (ut modo declarauimus) talis eſt: neceſſario ſequitur natura ſui ut hæc minime putreſcat. Ac interroganti reſpondeamus, aquam natura ſui non putreſcere, quoniam frigidior eſt: quàm ambiens, calidum; quemadmodum Ariſtoteles con=*

gelatum cur non putreſcat explicans καὶ οὔτε τὸ πεπηγὸς *(inquit)* μᾶλλον γὰρ ψυχρὸν ἢ ἀὴρ θερμὸς. *quod eſt, neque congelatum, magis enim frigidum eſt, quàm aer calidus. quod ſi idem author aquam putreſcere paſſim ſcriptum reliquerit, id non propria quidem aquæ natura ſed aſcititia fieri admittendum eſt: Vbi uidelicet aliquod iuxta contingens, calorem acquiſiuerit alienum. Quomodo autem in his prædicta putrefactionis definitio ſeruetur, & utrum calor proprius aduentitiæ rei, tum corrumpatur: alterius eſt ſpeculationis. At præſentis eſt quod aqua ſi aliunde nihil acceſſerit, ſuapte natura impuris eſt.* Meteo.4.

Cur Tiberina aqua non putreſcat. Cap. 15.

QVIBVS *ita definitis reliquum eſt, cur aqua* Tiberina *non putreſcat, exponere.* Videtur *enim hæc (ut ſupra dicebamus) haud parum ab aquæ natura recedere :* Nam *interfluendum & turbida eſt & albida, contra quàm aquæ natura poſtulet :* Si *ergo hæc eadem, ita ut fluit, à nobis conſyderetur:*

nec aquæ ſecundum naturam ſe habenti poteſt aſcribi, neque huius eiusdem ratione putrefactioni reſiſtere. Sin ut ut *figlinis uaſis excepta maz net, ac plures in partes diuiſa, non autem ſimul tota continetur: tanto procliuior ad putreſcenz*
Meteo. 4. *dum erit, quanto promptius (ut inquit* Ariſtot.) *putreſcit quod manet, quàm quod fluit, ac paucum diuiſumq́;, q̃ quod multum & totum: An igitur quemadmodum colorem interfluendum acquiſiz tum, ſabulo argilloſo in antedictis tribuebamus, ita quoque p̃poſitæ imputrefactionis cauſam in id ipſum referemus? V*idetur .n. *id fluenti aquæ commixtum: hanc eandem undiq; ſubire, illiusq́; partes omnes à ſingulis ſingulas inuicem ſepaz rare, mox attenuare, expurgare, & demum in aquæ puræ naturam conuertere.* Subire *quidem quoniam et ſi argilloſum, maſculum, minimoq́; negocio conſolideſcens id eſt, aquæ tamẽ coniunctum (ut experientia docet) in minutiſſimas partes, propz te diuiditur.* Tale *autem unumquodq; in rem diz uiſu facilem, qualis aqua eſt, facile ſubit: ſubit aũt undiq́, quoniam id (ut etiam recitauimus) et lentum eſt, & aquarum agitatione in uniuerſum hinc inde iactatur, ob illud enim in ampliſſimum ſtatim extenditur, ob hoc autem, minus ægre penetrat in omne: quo fit ut partem à parte quaſi ad minima ſeparet, ſeparando attenuet, uſque*

adeo ut nulla ſit aquæ pars quæ à ſabulo ſaltem contacta non ſit. Id quod manifeſtum facit, color ob ſabuli commixtionem (ut ante narrauimus) acquiſitus. Ita igitur hæc aqua ſe habens, ubi uaſe aliquo excipitur, ubi non alius eſt agitationi locus, tum ſabulum (ut ſupra quoq; dictum eſt) natura graue deorſum abire contendit, quod quum præterea quæ modo retulimus tenax quoque ſit, tum aquam omnem tanquam uelum ſuper ipſam extenſum ſecum ad ima pertinaciter trahit, nec ceſſat, donec quicquid craſſiuſculum in ea fuerit, ſecum ad fundum impingat, eo dumtaxat derelicto, quod ob tenuitatem leuitatem'q; trahi nequiuit, hæc uero aqua ipſa Tiberina *eſt, expurgatiſſima, leuiſſima iuxta ac tenuiſſima, iam in aquarum ſincerarum naturam euadens, quæ deinde ſicut illæ ſuis in locis, ita in ſuis fictilibus putredini reluctatur.*

id quod Dionyſius *in* περιηγήσει *ad* Antoninum Auguſtum *forte imitatus,* Tiberis καθαρὸν ῥόον, *ideſt, purum fluxum (ſi quiſquam id mihi conceſſerit) ut pote huius noſtræ ſententiæ & uates & teſtis appellauit, græce ſcribens his uerſibus.*

Θύμβρισ ἑλισσόμενοσ, καθαρὸν ῥόον ἐισ ἅλα βάλλει.

Θύμβρισ ἐϋρρέιτησ, ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων.

Θύμβρισ ὅσ ἱμερτὼν ἀποτέμνεται ἄνδιχα ῥώμαν.

Itaq; petenti cur Tiberina aqua non putreſcat reſpondendum, quoniam ſabuli, cui commixta eſt, ope ſincera aqua fit, talis autem (ut ſupraprobauimus) non putreſcit, niſi quid acceſſerit aliunde. Frigidior enim eſt, quàm ambiens, calidum: ex quo calorem innatum (ut diximus) non habet. Dicet aliquis in tanta diuerſarum aquarum commixtione dum interfluendum conſyderatur aqua hæc, fieri uix poſſe quin aliquid inſit quod putrefaciat. Eſto igitur & illud à ſabulo in ima detrudatur, eſto quòd aqua ſit expurgatiſſima, cur tamen hac superne natante ubi in uaſis fundo ſabulum relinquetur (id quod plerunq; uſuuenire ſolet) tum illud alterum inibi putredinem non excitabit? ſubindeſurſum ad aquam non aſcendet? niſi ſit quoniam ſabulum de quo loquimur maſculum eſt ac argilloſum: Argilla uero non ſolum aquas expurgando, uerum etiam pleraq; corpora præſertim ubi copia ſuperauerit ſicut in hoc caſu, cohibendo, ſiccandoq; à putrefactione defendit, ut pote quæ ſuapte natura imputris exiſtit. Etenim à calore permutata ſiccatur prius, quàm eius humidum putredine afficiatur: putredo autem ſine humido (ut declarauimus) nequaquam contingit. Quamobrem id quod

inquinare poteſt, ab argilloſo ſabulo ad ima detruſum, tum aquæ atque ipſius ſabuli frigiditate prohibitum ne in calorem prodeat, qui putrefaciendo eſt, tum ſabuli inſuper lentore ac tenacitate compreſſum, ne ſurſum aſcendat, ſemper ab infectione quieſcet, niſi plus multo fuerit quam aqua ipſa & ſabulum.

Cur ſi manet, & diuiſa eſt non putreſcit. Cap. xvi.

QVod uero quia manet, q͞a ſecundum partem diuiſa eſt, ut contra inducebatur: nullo negocio putreſcat, id facile refelli poteſt, eo ꝙ ſolis his hoc ipsũ contingat quæ calidũ habent innatũ et putrefactionem admittunt, cuiuſmodi nõ eſt aqua Tiberina, dũ probe fuerit expurgata. quanq̃ illud quoque me haud latet hanc eandem quoniam alterationi expoſita eſt, quanto magis diuiſa fuerit, eo paratiorem euadere ad putreſcendum ſi non recte cuſtodiatur. Profectò enim quod manet, præſertim ubi diuiſum eſt, id à continente quod inficere poteſt, promptiſſime inquinatur: Sed ubi continens ſuapte natura prohibet infectionem atq; id quod continetur ſuapte natura imputre eſt qui fiet ut ab hoc eodem infectio generetur?

Eſt autem huius aquæ, dum illa in minores partes ſegregatur, continens figlinum uas ex argilla confectum: Argilla (ut proximè diximus) aquã ipſam à putrefactione tuetur, neque refert coctaſit an cruda. alioqui cæteris alijs quæ inficere poſſunt amotis, ac etiam ſubducta ea quæ illi ineſt ad putreſcendum contumacia, quamuis & maneat & diuiſa ſit, tantiſper ſaltem imputris erit, dum figlinis uaſis aut quibusuis alijs accurate ſeruabitur.

Vtrum ex quo tenuium partium eſt facile putreſcat, quomodoue & ſi imputris eſt, facile tamẽ alterari corrumpiq́ poſſit. Cap. xvii.

HAEC *igitur ſic ſanè ſe habebunt, niſi quis obijciat ex quo aquam hanc tenuium partiũ ob dictam expurgationem eſſe proximè ſtatuerimus: hinc ſequi iuxta* Auicennæ *ſententiam cui non parum in omni ferè diſciplina tribuitur, ut nimis quàm facile putreſcat.* Hic enim *ſiue* Iudæos, *ſiue* Latinos *eius interpretes legeris, ſecunda primi (ut aliàs diximus)* Aquæ *pluuiali (inqt) cito aduenit putredo, licet ſit aqua melior, prop-*

pterea, quòd eſt ualde ſubtilis ideſt tenuis, quam obrem, quemadmodum pluuialem ob tenuitatem, ita quoque Tiberinam in procliui putreſcere: at uero niſi me animus fallit in hac re Auicenna ab ipſa ueritate ſanè quàm longe recedit, proinde in hac eadem parcant mihi ſeniores medici, parcant etiam ij qui eiusdem authoris ſtudioſiſſimi ſunt, haud enim me latet Euripidis illud λαμπρὸστε ἐσὶν ἕκασοσ ἐν τούτω, κἀπι τοῦτ' ἐπείγεται, νέμων το πλεῖσον ἡμέρασ τούτω μεροσ, ἵν' ἀυτὸσ αὑτοῦ τὺγχάνει βέλτισοσ ὢν, ὅπουδ' ἂν φαῦλοσ ἦ, ἐντεῦθεν φεύγει καὶ λοιδορεῖ τούτῳ, τὸδ' ἕτερον ἐπαινεῖ, εὐνόια τῇ ἑαυτοῦ, ἡγούμενοσ οὕτωσ ἀυτὸσ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν.

Neſcio .n. quomodo pleriq; errare malunt, eamq; ſententiam quam adamauerunt pugnaciſſime defendere, quàm ſine pertinacia, quid conſtantiſſime dicatur exquirere. Sed ij eum eſſe quæſtum in animum ſuum inducant maximum, quàm maxime acquieſcere ueritati. Primum igitur ille peccat quòd pluuiam aquam, quæ tum ratione, tum Galeni ac Celſi authoritate (ut ſupra probauimus) ægre putreſcit, ſtatim putreſcere arbitratur. Deinde quòd ob partium tenuitatem, nihil aliud explicans, putreſcat. Hinc enim ignis, quia tenuium eſt partium, hinc aurum, quia id ex tenuiſſimis conſtare Timæus apud Platonem

affirmāt, ſanè quā prōpte putreſceret. Quid quod neq; ſibi ipſi hac in re conuenit. Eodem .n. capite ſi aqua pluuia (inqt) bullierit, eius receptio putrefactionis minuetur. ſed paulo ante (inquit) Decoctio ſubſtantiæ acquirit ſubtilitatem: ſi ergo decoctio putredinē prohibet, ſi hæc eadem tenuitatem, quā interpres ſubtilitatem uocat, acquirit: qui fiet ut ob partium tenuitatem pluuialis aqua putreſcat? Porrò autem authorem hunc, cæterosq; eiusdem expoſitores in eam ſententiam incidiſſe putandum eſt, quia permutationis corruptionisq; nomen cū putrefactionis uoce temere confundebant: quum tamen permutari, alterari, corrumpi, multo aliud ſit (ut ſupra narrauimus) q̄ putreſcere. Profecto enim quod tenuium eſt partium, quod item in partes diuiſum iam eſt, quia illud facile diuidi poteſt, imbecillius eſt, quàm unum & multum, & continuum, utrumq; facile permutari ac etiam corrumpi poteſt: putreſcere uero non poteſt, niſi (ut iam diximus) humidum ſit atque calidum habeat innatum, niſi etiam ab extraneo colore ſecundumq; naturam fiat corruptio. Ideoq; aqua Tiberina & quæuis alia puriſſima, permutari, alterari, corrumpi, ut pote in aerem reſolui & in ignē (ut aiunt) uerti ſuapte natura poteſt, putreſcere uero non poteſt, niſi quid acceſſerit aliunde.

2. pr. cap. de aqua.

Aquam Tiberinam & ſi commixtam, elemento tamen ſimplici proximã eſſe, obiterq́ꝫ q. elementorum qualitas non ſit inten ſiſſima.

Cap. xviii.

CAEterum & ſi aqua hæc probe iam expurgata in naturam aquæ puræ tranſiens, eſſe non poteſt elementum ſimplex, authore Galeno, qui de optima aqua ſermonem faciens ne ipſa quidem (inquit) syncera eſt, ſicut nec aliud ullum elementorum ſenſibilium, poteſt tamen eſſe & planè eſt quàm proxima elemento ſimplici, omnes enim hanc eandem ita diſpoſitam appellant ſimplicem. Sed non ignoro id ipſum à quàm plurimis repræhenſum iri, argumento quòd Ariſtoteli (ut ferè omnes arbitrantur) aquæ elementum ſumme ſit frigidum, Vtrum enim dixeris intenſiſſimè frigidum necne, nihil intereſt, quo fit ut tanto frigidior hæc aqua ſit, quanto proximior eſt ipſi elemento. Eſt autem maxime aquarum omnium proxima, maxime igitur aquarum omnium erit frigida, atque adeo ἀτέραμνον (ut aiunt Græci) non εὔπεπτον

ſed præcordijs uiſceribusq́; , & omnino ipſis hominibus atque animalibus omnibus infenſiſſima erit : oportet enim ſumme ſiue intenſiſſime frigidum accipere prout in ſenſum cadit, non autem ut in mentem aut in imaginationem, quippe, quod tactile eſt, tactilis uero rei iudex ſenſus eſt : ita igitur glacies ſumme frigida , grando etiam & nix , contra uulgaris ignis ſumme calidus, candens ferrum, accenſus carbo, & huiuſmodi. Sed ut flamma ſenſui ſumme calida non eſt : ita uulgaris aqua neque ſumme frigida, ſumme nanq́; frigidum, id quod tactui occurrens, hunc eundem uehementiſſime tactilium omnium refrigerat, atque adeo ut ferè corrumpat : Itaq́; inter tactilia illud erit ſumme aut intenſiſſime tale, quod tactum intenſiſſime omnium, hoc eſt uehementiſſime, afficit : Quamobrem aqua hæc quo magis ob excellentem frigiditatem corrumpere tactum poteſt & calorem exſtinguere, eò infenſius (ut diximus) præ alijs aquis, officiet tum homini, tum animalibus omnibus, quippe quæ (ut innuit Ariſtoteles) tactu primum ſunt, propriumq́; alimentum ſine quo uiuere omnino non poſſunt, calore concoquunt. Sed me uideo quàm longiſſime à propoſito aberrare & inculcare alia atque alia, quæ fortaſſe ad illud ipſum minime pertinere uidentur : quia tamẽ hæc eadem aquam ipſam quod

elementum eſt, ut maxime attingunt, ita ab inſti tuto de aqua Tiberina non omnino ſunt aliena: lector non iniuria poteſt in his mihi et ueniam da re, & ſinere ut exorem. ergo qui propoſitam quæſtionem ob partium in aqua tenuitatem & facilem earundem diuiſionem ſoluere conatur, ſi ſuæ mentis ſit ſibiq; conſtet, nec tam pertinax ſuæ opinionis patronus eſſe uelit, conceſſurum arbitror ſe eſſe conuictum ſuperioribus uerbis. Nunquam enim aqua intenſiſſime erit frigida, hoc eſt, nunquam uehementiſſime tactum refri gerabit, ſi prompte diuiditur, prompteq; cædit. Hæc enim eſt flammæ à ferro candenti (ut ſecun do quæſtionum naturalium docet Alex.) differen tia. illud intenſius calefacit, quia ſolidius eſt, quia item tactui obuium nequaquam cædit: contra, illa remiſſius agit, quia tenuior eſt; quia etiam ta ctum offendens, huic eidem ſtatim cædit, & ſi (ut idem author aſſerit) remiſſa non eſt, quia frigidi tati commixta ſit. ſanè partium tenuitas, prom ptaq; earundem diuiſio, ut rem magis alteratu facilem oſtendit eſſe, ita et ad agendum minus effi cacem. Ex quo ſatis perſpicuus ſit error illorum, qui ſummam idest intenſiſſimam in elemento ſta tuunt qualitatem: elementum ſubinde permutatu facile: idq; ſimpliciſſimum ac tenuiſſimum eſſe uolunt: Vident enim quia mutationi contumax

aut omnino ægre aut nunquam permiſceretur aliјs: Vident quia principium eſt, principium uero minimum eſt (ut aiunt) actu, atque ob id ut ſimpliciſſimum ſit ac tenuiſſimum, ſed non ui= dent ſi intenſiſſimam obtineret qualitatem, quòd maximum eſſet actu, quòd mixturæ nimis pu= gnaciter obſiſteret, & tactum ſenſum maximè la= befactaret, læderet atque corrumperet. Eſſet in ſuper exceſſus quidam ut glacies & non elemen tum, atque ut ex glacie; adde etiam ut ex igne; quia exceſſus ſunt; nihil gigni poſſe uoluit Ariſt. ita ex elemento ſi ſummam id eſt intenſiſſimam qualitatem obtineret, quia exceſſus quidam eſſet, nihil omnino gigneretur. Dices immo quum re= mittetur exceſſus: Atqui reſponde, remiſſo ex= ceſſu: eſt elementum an non? eſt: ergo exceden= tem ſummamq; qualitatem ſibi non aſcribit. Non eſt? igitur ex elemento nihil fiet: ex eo enim quod non eſt, nihil fit.

parum mom... / ... ratio/

Sed quid cauſæ eſt exempli gratia ut frigidi= tas in elemento aquæ intenſiſſima ſit? forte enim exiſtimant hanc eandem quo magis diſtat à con= trario, eo fieri intenſiorem, quia igitur pura & ſimplex ſuapte natura eſt, ut à contrario maxi= me diſtare poteſt, ita maxime intenſam euade= re. Sed ij longe falluntur ſi nanq; candens fer= rum (ut etiam ſecundo quæſtionum naturalium

inquit Alexander) calidius eſt quàm flamma: hæc uero ne frigiditatis quidem admixtione (ut ille quoque dicit) minus calida quàm ferrum eſt: hinc aperte ſcire licet, minime ſequi ut quantum à contrario quippiam recedit, tantum ſimiliter intendatur. Flammæ enim caliditas aut æq; ac ferri candentis à frigore remota eſt, aut fortè magis: neque tamen perinde ac ferri intenſa eſt, nedum intenſa magis. Alioqui ſi in ferro intenſio eſt iuxta materiæ ſoliditatem atque renixum, in flamma remiſſio, quia tenuis eſt & facile cædit, profecto ſubiecti corporis natura non parum conferet ad intenſionem faciendam. quamquàm Galenus libro de Tumoribus nulli quod ſecundum ſubſtantiam augeſcit (inquit) color primus intenditur. Supponamus enim ut albedo pariter à contrario remota tum in ſubiecto denſo, tum in raro & tenui recipiatur. profecto intenſior in denſo quàm in raro tenuiq; uidebitur: in illo quaſi coacta in unum tota colligitur: in hoc contra perinde ac ſi funderetur, in totum diſſipatur. hinc aqua coacta & in glaciem uerſa, intenſius refrigerat, quàm ubi ſoluta eſt. Verba Alexandri in eo libro hunc in modum ſcripta ſunt, proponit enim quæſitum, cui titulus ὅτι οὐκ εἰ' ἐσὶν τοῦ ὑπεκκαύματος πυρὸς ὁ καὶ ςοιχεῖον ἐςὶ, θερμότε-

ρον τὶ ἄλλο πῦρ, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν μίξει τοῦ ἐναντίου, τοιοῦτον ἐκεῖνο. quod ē, ſi quis alius ignis calidior eſt quàm ignis qui elementum eſt, & ut ὑπέκκαυμα ob hanc cauſam non erit ille minus calidus, quia contrario ſit admixtus: Deinde ſic exorditur οὐκ ἐπεὶ μᾶλλον θερμὸν τοῦ ςοιχείου πυρὸς, ὃ καὶ ὡς ὑπέκκαυμα λέγεται ἡ ζέσις τοῦ πυρὸς ὁποῖον ἐςὶ, καὶ τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ, ἤδη ἐν ἐκείνῳ τὸ ἔλαττον θερμὸν μίξει τοῦ ἐναντίου, ἡ γοῦν φλὸξ ἔλαττον μὲν θερμὸν τοῦ πεπυρωμένου σιδήρου, ἀλλ' οὐ ψυχρότητος μίξει. quod eſt, tam & ſi enim feruor ignis qualis eſt apud nos, calidior eſt quàm elementum ignis qui ceu materia huiuſce feruoris dicitur, haud tamen ob hoc minor eſt in illo calor, quia contrario admixtus ſit: flamma enim minus quidem calida eſt quàm candens ferrum, ſed non quia frigiditati admixta ſit. His aſtipulatur id quod Meteororum primo ſcriptum reliquit, quum ait, magis ſicca quàm ignis terra eſt, ſed non mixtura alicuius humiditatis ignis eſt minus ſiccus quàm terra. opinandum eſt autem æqualiter diſtare à contrario tum eam quæ in igne, tum illam quæ in terra ſiccitas eſt. quamobrem à contrario receſſus nec ſemper, nec ubique intenſioni reſpondebit, quin immo tantum abeſt, ut cum illo ſemper ſit intenſio ut alio-

qui remiſſio plerunq; inueniatur. Ex quibus *manifeſtiſſimum eſt non modo caliditatem intenſiſſimam non eſſe in igne, ſed ne quidem ſiccitatem, ut etiam* Auerrois Meteor *.iiij. quicquid alibi aliter atque hic dixerit, ſcriptum reliquit, ſimiliterq; in reliquis elementis contingere. In ſumma horum naturam eſſe ut ſimplicem & puram obtineant qualitatem, quæ ueluti ſeminarium & principium omnium in alijs ſubiectis corporibus qualitatum exiſtat.* Sanè *ita ſe ſe habens ad reliqua ſicut ſcientia ad ſui ipſius contemplationem quæ iam inita ſit.* Harum *altera ut habitus, altera ut miniſtratio & defunctio habitus intelligitur: illa igitur qua habitus quidam eſt, nec intenditur neq; remittitur, hæc qua defunctio habitus eſt, nunc intendi, nunc uero remitti poteſt.* Sed *hæc aliàs, nimis enim longam requirunt orationem.* Itaq; *tandem ad id quod ab initio obijciebatur, reſpondeamus, falſum eſſe quod aquæ elementum ſumme ſit frigidum, ſeu (ut ante declarauimus) intenſiſſime frigidum. præſertim quum ex his qui hactenus fuerunt & ſunt, nemo unquam ſenſerit, purum ac ſimplex elementum, (quippe quod (ut primo in librum* Hip. *de natura humana commentario Galenus inquit) potius concipitur mente quàm exiſtat)* Senſus *uero certus frigiditatis eſt iudex, ſenſus inquam*

quì tactus eſt. Neque *item* Ariſtoteles *illud unquam aſſeruit.* Quanquam *enim aquam fri-* 2. de gen. *gidi magis quàm humidi eſſe dixit, haud tamen* et cor. 21. *ob hoc ſequutur ut illa ſumme id eſt intenſiſſime frigida ſit, niſi ſumme interpreteris hoc eſt ſim- pliciter, tantum'q; abeſt ut alteratu difficilis ſit, ut ob hanc ſimplicitatem apprime parata exiſtat.* Alioqui Ariſtoteles *ita ut enarrauimus de aqua locutus eſt ut frigus tanquam illi proprium oſten- deret eſſe,* Secundo *autem loco ineſſe humidum, quemadmodum de igne & terra libro de ſenſu & ſenſili ſcriptum reliquit. quamquàm enim ignis calido & ſicco præditus eſt, terra uero frigido & ſicco, proprium tamen igni calidum eſſe ter- ræ autem ſiccum.* Verba *illius hæc ſunt.* Sicca *enim ignis natura eſt, ſed proprium ignis cali- dum eſt, terræ autem ſiccum, quemadmodum eſt dictum in his quæ de elementis. ſed iſta plus ſa- tis.* Diximus *igitur quid corrumpere quid putre- ſcere.* Obiter'q; *an putrefactio, de quà* Ariſto- *teles eadem illi ſit de qua medici pertractant, qua lis item aqua ſit pura, cur etiam tum hæc, tum* Ti *berina non putreſcat.*

Cur ſine ſapore odoreq́; ſit, & tamen ſuauis ſit. Cap. 19.

Conſequens eſt, ut eam ſine ſapore odoreq́; eſſe ſtatuamus, tum propter ipſam aquæ puræ naturam, in quam exquiſitè purgata proficiſcitur: tum quia per argilloſum ſabulum ea tota (ut diximus) defertur, ut enim Oribaſio referente, Diocles admiſcendam argillam aquæ eſſe præcipiebat, Auicenna uero lutum, quo ſalubrior efficeretur: Ruffus autem per foueas pingui iuxta dulciq́; terra ex qua fictilia fiunt, inſperſas deducendam, ſemper .n. in foueis (inquit) aquæ uitium relinquetur: ita ſabuli huius commixtione ab omni ſapore & odore malo aliјsq́; uitiјs aquam hanc depurari: ſuauem uero guſtui apparere, quoniam hic optimarum aquarum eſt ſapor: quippe qui pluuiali etiam optimæ ab Hippocrate tribuitur, ſuauem inquam hoc eſt (ut Galenus inquit) potanti iucundam, non autem alicuius proprij certiq́; ſaporis participem. quo fit, ut aquæ omnes huiuſmodi, communi uſu dulces appellentur. Quod ſi quis contendat in hac aqua ſuauitatem quandam intenſiorem quam in aliјs potui idoneis inueniri, Id ſanè intra primos conſeruationis dies, non diu exquiſite facta defæcatione admitti poteſt. Quia enim per id tempus ad huc argillæ commix-

Primo de tuenda.

ta eſt. aqua uero (ut Plinio placuit)ſemper dulcis in argilloſa terra: contingit ut tantiſper ſuauior quàm alia potui idonea ſentiatur, dum argillă ipſam argillam inquam ſabuloſam ſibi coniunctam habet: deinde uero exacte defæcata æq; ſuauis ſit, ac alia quæuis optima, nempe ſuauis, hoc eſt potanti iocunda.

Cur (vt quibusdam placet) lente cadat. Cap. 20.

AT *lente & abſq; aeris manifeſto uerberatu hanc eandem ab alto in terram cadere, his quibus id placet, uideri poteſt accidere ob id pingue, quod eidem aquæ ineſſe putant, quod perinde ac oleum, caſum tacite efficiat, ſed quum id (ut antea diximus) illi non inſit: cauſam aliam inueſtigare oportet. profecto autem ob partium denſitatem aſſerendum non eſt, id enim ſatis ſuperq; iam improbauimus.* An *igitur ob ipſam leuitatem continget? ſi enim aqua frigida (ut Author eſt* Ariſtoteles *) obſtrepit potius quàm calida, quoniam frigida grauior eſt, calor raritate alleuat & elatione, neceſſe eſt aqua hæc, quia iuxta horum placita, cadendo non obſtrepit, non obſtrepat inquā quia minus grauis ſit, quàm aliæ aquæ ac proinde longe quoq; leuior.*

Sect.xi. probl.x.

Propter quid mucoſa ſit intra primos cōſeruationis dies, propter quid item manus efficiat molles & pulchriores hominum vultus, pīguioreſq́ equos. Cap. 21.

SED *hæc utcunq; ſint : reliquum eſt ut dicamus, mollem hoc eſt lentam, mucoſamq́; intra primos conſeruationis dies eſſe, quia tenacis argilloſæ ſubſtantiæ ad huc particeps eſt : eadem quin etiam ratione manus efficere molles ac ceu pingui quodam iniunctas : quoniam (ut ſupra diximus) argilla quiddam oleoſum in aqua repræſentat.* Sed *uultus reddere pulchriores, tum maxime ubi argillam ſibi commixtam habet : quoniam adhuc mucoſa eſt, ac ita ſuauis, ut fermè dulcis, quippe ſuaue quod dulce eſt (ut inquit* Ariſtoteles *) lauat.* Ac *licet amarus humor (ut* Galeno *placet) ſit qui expurgare poſſit : hic tamen quia lentore ſuo nihil minus quàm amarore id aliquando efficit (quare trunculi & quæcunq; mucoſa uim expurgandi obtinent) id quod in aqua iſta mucoſum lentumq́; eſt, lauabit iuxta & expurgabit, atq́; adeo ut quemadmodum lacus pæſa : ſic & flumen iſtud ſimilis lauando expur-*

gandoq; facultatis exiſtat. Id quod argillæ quan-diu cum hac aqua uerſatur, præcipue referendũ eſt, quum expurgatiſſima uiribus eisdem polle-re minime uideatur. Illa igitur, argilla inquam, qua lenta eſt, cum aqua peramplè diſtenditur, qua uero dulciorem reddit eam, ac etiam ſuapte, natura tenax et ſicca eſt, expurgat ſimul ac lauat ut .n. aqua huiuſmodi promptiſſime attrahitur, quia eſt dulcis, ut uehemẽter adhæret, quia tenax & ſordiſiem contactæ rei ad ſe trahit, quia ſic citatem modo quodam obtinet, ita de loco quem madefecerit, præſertim ſi in eo manens aliquan tiſper ſiccari permittatur amota, hunc eundem & lotum & expurgatum paruo negocio derelin-quit. Sed equos huius uſu pinguiores euadere forte quis dicet, quoniam mollis craſſaq; eſt, ſic uero eos nutrire poſſe, ſimillimamq; eorum car-nibus eſſe. uerum ſi ita eſſet, aſellos quorum non minor copia quàm equorum Romæ eſt, nihil mi-nus fieri pinguiores uideremus, quod tamen neq; eſt, neque dicitur. an id ipſum euenit, quoniam equi (ut author eſt Ariſtoteles) potu pingue-ſcunt, ac ut Cameli turbulentam & crasſam bi-bunt ſuauius, quippe quam ne ex fluuio qui-dem prius hauriant quàm pede interturbent. Itaq; cum hæc aqua (ut dictum eſt) interfluen-dum turbulenta ſit, tum licet non alia ratione

ſaltem iſta pinguiores efficiet equos, His adde q̄ interfluendum non modo turbida ſed etiam ob ar-gillam adhuc inexiſtentem (ut proxime declara-uimus) ſuauior multo eſt. His igitur omnibus unà conuenientibus, Nempe ut equi potu pingueſcant, ut turbulentam aquam libentius bibant ꝑūm ut hæc eadem in potu ſuauior multo ſit, neceſſe eſt quod dictum eſt, ſequi.

Cur extra mœnia corrumpatur ac apud ſanctum Paulum, intra vero & apud Mariam a' Po-pulo dictam præ-ſtantiſſima ſit. Cap. 22.

SAnè *uero extra mœnia defluentem corrumpi decet, ob tot tantasq́; fœditates, quæ tum ex brutorum hominumq́; immunditijs ac pellionum officinis, tum ex latrinis & foricis atque cloacis in Tiberim ſæpe ſæpius funduntur. Etenim intrà mœnia illi commixtæ uniuerſam deinde aquam in quinant plus, minus, ut earumdem copia fue-rit, magis uero ſiniſtra quàm dextera ripa, & præcipue ſecundum ſancti. Pauli templum, quo-niam dictarum fœditatum copia multo maior*

eſt ad ſiniſtram quàm ad dexteram, atq; adeo ceu riuulo quopiã ex his interdũ orto et ſiniſtra parte procliuius fluente, ſi tum hauriatur aqua: corrumpi facile: proinde interdum etiam non corrumpi, ubi tenuis aut nulla extiterit fœditatum fuſio: id quod aliquando contingere, ut abſurdum non eſt, ita tum apud ſanctum Paulum, tum apud Hoſtiam modo corrumpi, modo autem non corrumpi neceſſe eſt. Sed id omittamus, illud certe ſequitur, non minus intra mœnia quàm extra ſcilicet hoſtiam uerſus interdum putreſcere, interdum uero non putreſcere. Neq; enim huius cauſam ſemper eſſe (ut multi putant) quæ in uaſe coinquinationem, ſed commixtionem dictorum putridorum, ubi in locis quæ ab his inficiuntur, hauriatur aqua: quamobrẽ haud ab re dictum eſt intra urbem apud Mariam à populo nuncupatam haberi ſalubriorem atque ſynceriorem: Quod locus ille minus pateat inquinamentis: quippe Tiberis urbem ea parte primum ingrediens, non prius fœdatur quàm confertæ urbis cloacas abluere, cæterasq; ſordes aduehere incipiat.

Cur aqua hæc optima ſit, cur præcordiis non inhæreat, cur non flatuoſa ſit; cur legumina & alia celeriter elixet. Cap. 23.

QVAS ob res non iniuria receptum eſt, aquã hanc locis idoneis hauſtam, omnium optimam eſſe, quippe ob ſabulum argilloſum (ut toties diximus) probe purgata, in aquam puriſſimã tranſiens putrefactioni uehementer obſiſtit: omnis qualitatis quæ tum ad uiſum, tum ad olfactũ atque guſtatum attinet, expers euadit, limpidiſſima ſuauiſſimaq́; ideſt potanti iucundiſſima redditur, ſummã partium tenuitatem adipiſcitur. ob quod ſimul humida exiſtens (aqua enim eſt) per quàm facile alteratur neque præcordijs inhæret epota, neque flatuoſa eſt. quia enim leuis & prætenuis eſt (ut ait Ariſtoteles) calefacta non expaſtat: ita olera, fructus, carnes, legumina, dum caleſcit, penitiſſime ſubiens, celeriter elixat, quamuis concedere poſſumus multo ocius à pluuia aqua quàm ab hac id aliquando fieri, ſi aqua pluuia paulum aliquid inſiti caloris à coctione quam à ſole recipit, habet: hæc uero nihil.

Explicit Liber ſecundus.

ALEXANDRI PETRONII DE AQVA TIBERINA Liber Tertius.

Reſpondetur his quę contra ſunt adducta. Cap. I.

EX HIS *igitur adeo facile eſt in medium adducta diſſoluere, ut contra ſiquis ſentiat, is nihil ſentiat. Quod enim fluuiorum in* Tiberim *labentium ratio detrahit id argilloſi ſabuli (ut dictum eſt) mixtura reſtituit.* Roget aliquis cur *extra mœnia* Hoſtiam *uerſus ſabulo tamen eodem attrita purgataq́;* Tiberina aqua *interdum putreſcit, ultra uero* Miluium *(ut aiunt) pontem hauſta non putreſcit?* An illic multo intenſior tunc eſt ab immunditijs infectio, quàm à ſa-

bulo expurgatio, hic uero nuſquàm adeo uitioſæ ſunt aquæ quotquot notatu dignæ in Tiberim decurrunt, ut quod ſabuli expurgatio præſtat, id ipſum exterminent: ſunt nanq; pene omnes potui idoneæ, et ſi uero nonnullæ medicamentoſum quid inſigniter habere uidentur ut quæ à Tiburtina ora Albulæ, eæ tamen ſui paucitate, ad reliquam aquarum multitudinem habita ratione, ut aquæ guttula in uini dolium deiecta, ita in Tiberim labentes; prius corrumpuntur quàm ut commixtæ queant labefactare aut ſuam aliquam imprimere qualitatem.

Cæterum donec colorem habuerit homini (ut communiter dicimus) noxiam eſſe fatendum ſicut etiam ubi craſſa, tenax, & turbida fuerit.

Pingue uero (ut alias oſtenſum eſt) dicendũ neq; habere, neq; ſi haberet, obeſſe poſſe. quippe quod temperatum tanta aquæ copia uſque adeo foret, ut ſi quemadmodum decet, in uſum ueniret nihil ferme periclitaremur ne bilioſis nobis officeret, neue uentriculum læderet & reliqua. Sed neq; ob id uitioſa eſt quod æſtate calida hyeme frigida ſit, extrinſecus enim ac ſuperficie tenus (ut diximus) non aũt intrinſecus talis eſt. Neq; item quod hidrijs compræhenſa maneat immota, quãdo.n. in illis percolatur, quãdo clareſcit, quãdo magis perſpicua redditur qs. dicet eã eſſe ĩmotã?

quis etiam? egere ſolis aeriſq; contactu qui motu ſuo tum iuuet? ut.n.eo temporis in mora non eſt, ita non mortua quidem ſed uiua aqua eſt, ac tantum abeſt ut grauior fiat, ſtomachoq; officiat, ut ubi ad ultimum purgationis terminum deuenerit, tum leuis tũ ſalubris ſit ut quũ maxime. id quod eam etiam oſtendit impuram non ſemper eſſe. Reliqua deinceps diſſoluentibus ſcire licet ſicut oleũ

ſect. 21. *quod* Ariſtotele *authore, inueteratum, candidius*
probl. 4 *eſt quàm recens, ab olei natura non recedit, ita aquam hanc & ſi quodam temporis interuallo continue clarior ſit, ab aquæ tamen natura non recedere, quia enim ætatem non habet, ob ſeneſtam, quippe quæ putredo quædam eſt (quamquam hæc nigredinem in alijs præterquam in ſitu (ut inquit* Ariſtoteles *) efficit) illa utiq; non nigreſcet. uerum alias aquas inueteratas nigreſcere, quoniam eæ putredinem paſſæ ſunt, multo aliter quàm iſta quæ (uti diximus) ſi recte cuſtodiatur putredini obnixe reſiſtit.*

Ac uſque adeo non priusquàm coquatur (quemadmodum declarauimus) pura aliquando eſt, ut
Inserſum *ne quidem dum coquitur, ullum deponat excrementum.*

Neque tamen ſequitur ob incorruptionem quã obtinet ut concoctu contumax ſit: quod enim difficile alteratur & corrumpitur (ut Galenus *ait)*

difficile

difficile concoquitur, ſi alterationi & corruptioni expoſitum his maxime reluctatur. Sed quod ab his alicubi tutum neque alteratur neque corrumpitur, non ob hoc tamen difficile concoquetur, ſicut etiam difficile corrumpi hoc tempore dici non poteſt, quo à corrumpentium occurſu præſeruatur: quippe ouum putamine ſuo conteƈtū aliquandiu quidem durat imputre, ſed nihil minus facile coquitur quàm aliud quod uis, ut etiam pauciferum uinum ſuo dolio conſeruatum: ut uero illud putamine ablato, id è dolio hauſtum & naturæ ſuæ in uaſe aliquo dereliƈtum, per quàm facile corrumpitur: ita aqua Tiberina, ſi alterantibus ſimul & corrumpentibus exponatur, ut poteſi uel mica panis aut uini guttulæ in eam incidant, ſtatim alteratur atq; corrumpitur: quam diu uero ab his intaƈta ſeruatur, tamdiu etiam ſeruatur incorrupta. Neq; reſpondendum, uti quis forte reſpondere contenderet, à Galeno uidelicet nequaquàm dici quicquid difficile corrumpitur difficile concoqui, ſed contra, quicquid difficile concoquitur id ipſum difficile corrumpi. Sed hæc eadem nihil fermè in hoc caſu differre, illud oſtendit, ꝙ coƈtio aut præparatio eſt in alienæ ſubſtantiæ mutationem aut ipſa certe (ut quibusdam placet) mutatio. Vtrouis modo ſit, fateri neceſse eſt quodcunq; corrumpitur, id omne apud Galenum difficile

difficile concoqui, ut pote quod porro ægre præpa-retur aut permutetur in ſubſtantiam alienam.

5. de ſim. cap. 15

Omnino igitur proprie ſumentibus nomina corrumpi (ut ſupra dictum eſt) aliud eſſe quam putreſcere, multis .n. modis (ut etiam Gal. ait) corrumpi quid poteſt : Siquidem quæ nimio plus refrigerata ſunt aut excalfacta tum exiccata aut humectata, ea omnia corrumpuntur : cæterum non quicquid corrumpitur σήπεσθαι, hoc eſt putreſcere dicimus, ſed quibus id cum fœtore accidit. ita .n. ait: quare dicendum aquam hanc ſuapte natura incorruptilem non eſſe, ſed imputrem, ob illud'q; (tenuiſſimarum .n. eſt partium) facile alterari corrumpi'q; poſſe : proinde coctu ſiqua illi coctio contingit facilem eſſe quanq́ perquàm ægre putreſcat, eodem .n. uaſe comprœhenſa tum frigeſcere caleſcereue, tum in uapores ſcilicet aereos corrumpi ſæpe ſolet, ſed imputris perdurare: Ita igitur in corpore, ſi coctionem admittit, ſi neceſſe non eſt, omne quod coquitur, putreſcere : in alienam ſubſtantiam facile permutari hoc eſt corrumpi ſuapte natura poteſt, putreſcere autem, dum permutatur, ſuapte natura non põt. Neq; item coquendo par ratio ſemper eſt externi caloris & noſtri, ille n. diſſimilia ſegregando ſimilia ſimilibus ſuis reſtituit, hic contra (ut ait Hip.) ea aliјs quæ in corpore ſunt, permiſcẽdo cõcoquit.

Ad hæc aqua ferueńs (eſt .n.hæc ceu externus ca lor)liqueſacere(ut inquit Ariſt.)nõ poteſt: uẽter ut pote internus calor põt. Verum hæc utcunq; ſint, quod hæc aqua ab exteriori calore haud faci le alteretur atq; corrumpatur, hoc eſt in alienam ſubſtantiã minime putreſcẽdo, ægre permutetur, negandũ: ut ẽt quod ſapida ſit præterq̃ iocunda. Sect. 24. prob. 4.

Porrò aũt ei quæ ab æthere (ut dictũ eſt) oritur, & ſi non æqualem affirmare decet, decet tamen haud multo inferiorem eſſe, longe'q; ſuperari eam à Tiberina tum copia tum frequenti uſu.

Alioqui in ipſa procellarum ſtagnatione, maxime aũt hyeme, de Tiberi hauriendam non eſſe, præſertim ubi ſabuli arenoſi non aũt argilloſi copia affuerit: Sicut ẽt prope cloacas atq; latrinas alia'q; loca in quæ ſordes ferè oẽs expurgãtur.

Qualis nã aqua Tiberina ſit. Cap. 2.

ITaq; Tiberina (quemadmodum diximus) ut nõ ſuapte natura ſed aliunde ſortitur colorem illum ſeroſum lacteſcentem, ſubſtantiam craſſam, tenacem lentam turbidam, hyeme frigidam, æſtate calidam: ita his prædita, hominum carnes lauare, detergere, atq; equos pingueſacere præcipue poteſt. Sed probe iam expurgata (ut ante probauimus) talis planè eſt, qualis eſt aqua potui ido-

nea ſi qua puriſſima penes boĩum genus ĩuenitur. Natura *ſui q̃dem frigida, ſed non ita ut difficile calefieri q̃at.* Alioqui *quoniã tenuiſſimarũ prõpteq; diuiſilium eſt partium in procliui patitur contrarias qualitates proinde nullo negotio tum caleſcit, tum refrigeſcit: quo fit ut neque coctioni repugnet (coctioni inquam quam poteſt ab innato animantis calido adipiſci) ut etiam ne minimo quidem tempore præcordiis immoretur: ſed ſine labore deſcendat nunc ad alui, nunc ad urinæ uias prout rerum quibus cõmiſcetur, natura poſtulat: ſi tamen hoc unum addiderimus quod ob partium in humiditate tenuitatem calidæ alicui rei aut cuidam alteri (ſicut aiunt medici) commixta, et celeri per corpus diſtributioni & urinæ ciendæ accommodata eſt.* Etenim *quo ad ipſam attinet, parte qua humida eſt, uentrem humectare poteſt. qua uero frigida, hunc eundem ſi calidus fuerit, modice refrigerare: ubi autem humidi in quo ipſa fit coctio(quippe quæ elixatio quædam eſt) in homine uicem obtinet, ut legumina & alia huiuſmodi celeriter coquit, ita intus in corpore nunquam conctionem non maturabit: illud haud ſileam quod & ſi ob celerem alterationem in prõptu corrumpi poteſt: quia tamen haud putreſcit, in putridam qualitatem ſuapte natura in uentre conuerti nequit.* Ac *ut facile permutatur, ita uino*

commixta uinum modicum ferre poteſt. Atque *adeo (ut docet experientia) ubi paulo maior uini quàm aquæ portio fuerit uinum* Tiberinæ *puritates, quaſi illam in ſuam naturam conuertens, multo pertinacius retinet quàm ſi alteri aquæ cõmiſceatur ex his quæ apud nos tum fontanæ tum pluuiæ in uſu nunc ſunt : quia igitur aliorum naturas quibus admiſcetur, facile recipit: atq; aquæ uirtus eſt, (ut* Galenus *ait) eſſe bene alterabilem ſicut & cibi, præter hæc uero putrefactionis quoq; eſt expers: dictarum omnium proculdubio, præſtantiſſima erit*. 5.aph.25

Cauſas qualitatum in aqua Tiberina repertarũ ſupradictas eſſe, obiterq; commmunia quædã Tiberinæ aliiſq; aquis. Cap. 3.

EX *quibus ac ex compluribus antedictis late patet qualis nam aqua* Tiberina *ſit, ſimulq; etiam quas ob causas: conſequens eſt quibus conueniat dicere*. Verum *ab re non erit interim non nulla ſubſcribere quæ reliquis etiam aquis ſunt communia, ut & proprium & commune, quoad eius uſum pertinet, ſimul intelligamus*. Hæc *igitur aut quæuis altera frigidæ potio ubi refectione*

opus eſt, id quod naturaliter ſitiente aut fameſcente corpore pleruṅq; cognoſcimus: ſi nulli quidem alij rei commixta ſed per ſe ſola exhibeatur, ualde admodum pernitioſa eſt: qua enim frigida eſt, tarde meat, ægre miſcetur alijs quæ ſunt in v et facile diuiſibilis *corpore, qua uero diſſipabilis eſt, in reliquum corpus à membris difficile attrahitur, ob quæ utraq; neq; ſitim extinguit, neq; famem ſedat, quin Hypochondrijs inhærendo grauiter officit, aluum non ducit, neque urinam ciet, lienem ac iecur ubi calor infeſtat attollit fluctuat ſupernatat, atq; ut in uentre aut uicinis ei locis detenta non minus quàm foris in agris ac in foueis dum permutatur, pallida, flaua, uiridis, bilioſáq; redditur, ita uires maxime proſternit: quod ſi ea quæ ſtercoris minimum obtinent, ſiue quia robur minuunt, ſiue ob alias cauſas damnanda ſunt: aqua ipſa quanto etiam magis pura, in hoc caſu ex eo quoq; uitioſa cenſeri debet, quod ſtercoris ſuapte natura expers eſt. Verum ab his incommodis tum ſanos, tum ægros facile tutabimur, ſi hanc eandem aut alijs commixtam aut impermixtam quidem & ſimplicem ſed præſumptis aut inexiſtentibus alijs quæ alere poſſint ſub certa quadam menſura certóq; quodam tempore propinauerimus: ſic enim facultates quas habet, iure optimo perſequetur. Cæterum ex labore ſudanti pernicioſa eſt,*

atque etiam quum ſudor ſe remiſit, inutilis. Non tamen *inutilis ob caloris copiam ſitientibus, ſi nihil aliud prohibeat: non inutilis doloris exortibus, ualde rubicundis, & ijs qui collectiones turberculorum iuxta uenas aut in facie furunculos habere ſolent, ac etiam his qui* (*ut* Galenus *inquit*) *natura aut ætate calido admodum ſunt temperamento:* Alioqui *podici & utero non ualde commoda eſt, neq; ſanguinem in frigore mingentibus:* Porrò *autem quum naturale ſit potione æſtuantem ſtomachum aliquando refrigerari, frigentem calefieri: haud inutilis erit poſt cibum, niſi conſuetudo aut quid aliud impediat ubi quis calorem in uentre percæperit, epota: ſicut* Hippocrates *inquit radices ubi attraxerint, arbori tranſmittunt & arbor uiciſſim radicibus: atque ſic & frigidi & calidi conſeruatio contingit, quemadmodum homini ingeſtis cibis in uentrem, qui dũ concoquuntur calefaciunt, perfrigerationem à potu facere oportet.* Cui *ſententiæ* Galenus *ſubſcripſiſſe uidetur, quum ait, frigidæ potione omnino prohibendos pueros non cenſeo, quod tamen aliqui faciunt, uerum à cibo ac plerunq; & per calores quum ipſis cordi erit uti non diſplicet.* Quamobrem *haud ab re* Celſus *quoq; dixit, ubi expletus eſt aliquis, facilius coquit ſi quicquid aſſumpſit: potione aquæ frigidæ includit*

lib. de cibis boni & mali ſucci

De *pueri natura.*

1. *de tuẽda.*

tum pauliſper inuigilat deinde bene dormit. Sed illud negligendum non eſt: ubi cibis explere corpus in animo fuerit, aut forte contigerit, tum inter comedendum (ſi affatim bibendum eſt, ſecus enim exuſto & non elixato in uentre cibo, nidoroſi ructus & ſulphur olentes excitant) ne uinum quidem ſed aquam ipſam ſolam aut uino q̃ modico mixtam in potu recipere. Ne uino liberalius epoto, quippe quod celerrime nutrit, cum immodica cibatione & uenter & uenæ ſimul oppleantur, attrahendoq; nutrimento locus nullus relinquatur, nec id ipſum uentirculo etiam num natura frigido formidandum: Venter enim plenus (ut Hippocrates *inqt) calefacit, ergo ei qui ſeſe cibis immodice replet, aqua in hunc quem diximus modum, uino ſalubrior erit. Quia enim plenus uenter calefacit, huic ſi uinum ut pote natura calidum acceſſerit, intemperate utiq; calefaciet: quia item id celerrime (ut* Galenus *ait)*
2. Aph. 18. *atq; uniuerſim maxime alit, promptiſſime quoq; diſtribuetur: quam ob rem uenæ ſimul cum uentre refertæ ~~ea non~~ attrahent, atque adeo corpus intus totum iam in ocio manens, longe magis hebes graueq; reddetur: quare abſtbemij quum plura comedãt, tum ea facilius multo tolerant quàm temulenti: ut uero frigida his quos modo recenſuimus noxia eſt, ita maxime refrigerata erit*

ut cum maxime : niſi quis talem potare diu iam aſſueuerit : Sed ſi optimis aſſueſcendum eſt, huic certe potui aſſueſcendum non eſt. Tam *& ſi enim tanta (ut ita dicam) frigiditas noxa ſenſibili non uidetur insolentium iuuenum corporibus officere, ſenſim tamen occulteq; creſcente uitio, quum iam ætas progreſſu temporis inclinarit, articulos neruosq́; iis morbis uexat qui difficulter admodum uel omnino tolli non poſſunt, aut ſaltem unicuiq; eam potiſſimum corporis partem male afficit, quæ natura omnium maxime infirma fuerit.* Talis *enim inimica insuper eſt oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, pectori, quare tuſſes mouet & ſanguinem & diſtillationes.* Ad *hæc conuulſiones, tenſiones, nigrores, rigores febriles, ac ſtrumas excitat.* Do*lores præterea ac ſtrangulationes efficit, ubi uniuerſa raptim & ſine interſpiratione potatur, præſertim à balneo, cursuue, aut laborioſis exercitationibus, qualem ſi quis omnino bibere auide appetit, is minus peccabit, ſi non ſolam quidem ſed melli aut ſacharo, aut tali alicui, aut uino commixtam biberit, uino inquam quod ita ut aqua minime refrigeratum ſit, tum plures ob cauſas, tum ne guſtando frigiditas tantum ſentiatur, nequaquàm uero uinum, id quod æq́; nimirum eſt, ſi guſtatum conſulueris ac ſi abſque*

uino biberetur. Etſi *quamuis hi niues, illi glaciem potant, pœnasq́; montium (ut ait* Plinius *) in uoluptatem gulæ uertunt.* Certe *intelligant deterrimam eſſe potui aquam ex niue glacieq́; liquatam, quia cum aqua quæuis gelu concreſcit, pars tenuiſſima difflatur, leuiſſima euaporatur: indicium enim illud eſt, quod deliquata ſit minor quàm ante fuerat quàm concreſceret.* Quum *igitur quod ſalubrius eſt, defuerit: deterius ſit quod relinquitur neceſſe eſt, eadem quoq́; de niue ratio eſt:* Quum *enim ipſa duratur & coit neceſſum eſt fieri euaporationem & quandm quaſi auram tenuiſſimam leuiſſimamq́; exprimi ex ea & emanare: manere uero quod grauius, ſordidius ac inſalubrius: id quod pulſu aeris uerberatum (ut putant) in modum coloremq́; ſpumæ candidæ oritur.* Quamobrem Hippocrates Aquæ *ex niue & glacie fientes, omnes (inquit) malæ ſunt. quum enim ſemel concretæ fuerint, non amplius in priſtinam naturam reſtituuntur:* Sed *quod quidem in ipſa clarum ac leue & dulce eſt, excernitur ac diſperditur: quod uero turbidiſſimum eſt ac ponderoſiſſimum relinquitur: id cognouerimus hoc modo: ſi enim uolueris hyemis tempore uaſculum certa aquæ menſura infuſa ſub dio exponere quo maxime congeletur, deinde poſtridie in locum calidum deportatum ſinere, quo maxi-*

me glacies liqueſcat & ubi exoluta fuerit, aquã metiri, reperies aquam multo pauciorem : atque hoc ſignum eſt, quod à congelatione id quod leuiſſimum eſt, diſperditur, & non quod grauiſſimũ ac craſſiſſimum exiſtit, non enim hoc diſperdi poterit: hac igitur de cauſa has aquas quæ à niue ac glacie eliquantur, peſſimas eſſe puto ad res omnes, Itemq́; eas quæ ad has ſequuntur, ita quidẽ ait. ſed in aliud tempus ea quæſtio uertatur utrũne Galenus aquas huiuſmodi conſulat ijs qui uitam negocijs plenam degunt, cuiuſmodi ſunt qui gentibus ac ciuitatibus regẽdis præſunt, horumq́; imprimis miniſtri, nec ſanè minus ijs qui militiam exercent aut iter longinquum ingrediuntur. Alterum illud ignorari non oportet quod decocta aqua ubi maxime refrigerata fuerit ut ſimiles quoque noxas induci t, ita ſuæ naturæ derelicta minus multo quàm incocta, frigida eſt. si uerum ſit quod 3. de ali-
ipſa aqua optima (ut Galenus ait) diutius deco- mentis
cta ſalſam qualitatem tãdem aſſumat, atq́; adeo ſi cap. 13.
Ariſtot. fides adhibẽdá eſt dicenti ἐν ἅπασι ἐστὶ θερμότης ἢ πλείων ἢ ἔλαττον τοῖς πεπυρωμένοις. Meteoro.
quod eſt, caliditas plus aut minus in omnibus eſt, 2. & 4.
quæ ignẽ experta ſunt, quamobrẽ decocta aqua nõ nihil utiq́; aſcititij caloris in ſe obtinere uidebitur: cuius cã ubi æqua puritatis ratio fuerit, frigidis uentre & uiſceribus quàm incocta erit utilior, ſed ſebricitantibus inutilior.

Auicen. 2. pri. cap. de aqua.

Quod enim apud Arabem aqua cocta minoris inflammationis eſſe legitur, ſi minoris inflationis dixeris, neq, abſurdum ſenties, neq; ab Arabibus lõge diſcedes: Rhaza enim Arabs ad Manſorem libro .iiij. aqua cocta inquit minus eſt inflatiua citius'q; deſcendit, ſane æ'q; ac ſi dixerit minoris eſt inflationis.

Cap. 2

Et ſi uero dicere quis poteſt Ariſtotelem (ut de animalium partibus ſecundo uidere eſt) fuiſſe locutum de exuſtis, atque his quæ calorem deinde retinent non autem de modice calefactis et his quæ ab calefactione calorem refugiunt, qualis aqua ipſa uideri poteſt, quia tamen Galenus (ut proxime diximus) aquam optimam ualde coctam in ſalſam degenerare ſcriptum reliquit, ſalſum uero calidum eſſe nemo eſt qui neſciat, ſaltem illud animaduertendum eſt, ſi caloris uim cauere in animo fuerit ne aqua dum coquitur uehementer feruere longo tempore permittatur: atque omnino ſi aqua pura ſit, præterea coquendam nõ eſſe, niſi ſorte frigiditatem timentes, minus frigidam eſſe appetamus. ſin impura ſit, hanc eandem tantiſper excoquere, dum impuritas ipſa tollatur, ultra uero nequidem quicquàm.

Quibus non conueniat Tiberina aqua impura, & quibus magis aut minus noxia. Cap.4.

SED *ad propria noſtri propoſiti redeamus. Quisquis igitur ſanus eſt, & bene ualet, is nullum aquarum quæ in uſu ſunt, diſcrimen facere poteſt, sed ſemper eam quæ præſens eſt bibere. quicunq; uero morbi cauſa eam quæ commodiſſima eſt, bibere uolet, is ſi ita fecerit, ut aquam eligat, ſanitatem maxime aſsequi poterit.* Nullus *ergo horum hominum hanc turbidam impurgatamq; bibat:* Neque *panis neq; item coquina ex turbida uel impurgata fiat, quum non minus horum occaſione quàm potionis, calculorum aut arenularum & obſtructionis noxam incurrere facile ſit.* Sæpe *enim numero in hoc caſu, inter mandendum panem, frangere ſabulum dentibus contingit, id quod renouatæ molæ plerunq; quidem ſed fruſtra tribuimus.* Etenim *ſabulum quod cum aqua impura farinæ miſcetur, id efficit: ſicut etiã ſiue carnes ſiue hærbas primum optime mundatas mox huiuſmodi aqua coctas, mandentes, arenulas quæ ex eadem & non aliunde tunc prodeunt dentibus interdum comprimimus.* Cui *rei conſulere haud graue eſt, ſi aqua quæ pro conficien-*

do pane aut coquendis hærbis carnibuſq́; eligitur: quum uaſe aliquo excepta prius calefieri ſoleat, tantiſper ebullire permittatur, dum ſiquid excrementi habet, deponat: deinde in aliud uas permutata in usum ueniat: id quod recte fiet, ſi poſt calefactionem donec refrigerata ſit, relinquatur antea quam tranſmutetur: nam quæ ex diſſimilaribus conflantur ſubſtantijs, mixtionemq́; per minutas habuerunt partes, hæc poſt calefactionem, quum infrigidantur facile ſeparantur: Sed priuſquam refrigerata fuerint, poſt coctionem confunduntur ob id quod remixtæ ſunt omnes ipſius partes: refrigeratis uero quod graue eſt & terroſum in ipſis deponitur ſubſiditq́;: quod leue eſt in ſuperficie manet. ſed ſcire licet quo minus aqua hæc purgata fuerit, hanc eandem eo magis obeſſe his qui aſtricta fuerint aluo: quod his talibus magnam eius partem per ueſicam prodire neceſſe ſit, ſic enim tranſeuntem derelinquere in uenis ſabulum, atque calculos quia id terrenum eſt, & obſtructiones, quia tenax et uiſcidum aquæ mixtum modo quodam euadit, ingenerare: eos uero qui aluo lubrica ſunt, non ita grauiter offendere quod eũ per locum per aluum uidelicet ipſam magna pars ſabuloſæ materiæ deferatur. Sed his quorum aluus præter naturam calida eſt, quia ob uiciniam ueſica cum ſuo oſculo idem

una plerunq; patitur (Quamobrem Hip. *inteſtino recto inflammationem patiente urinæ ſtillicidium fieri ſcriptum reliquit) urinam ob ſui craſſitiem intercipere, quæ deinde intus efferueſcens haud leuem arenulis lapidibusq́; gignendis affert occaſionem* . Ex *quo incidit eos qui ſeminis profluuium patiuntur, quia ueſſica eiusdemq́; oſculum ſuborta ſeminis putrefactione, ſupra modum incaleſcunt, haud ſecus quàm prædictos ob huius aquæ impuræ potum incurrere urinæ difficultates & in calculum periclitari*. *Quanquam uero, dicet aliquis aquam hanc impurgatam, ubi potatur, ab innato animantis calore purgari tenuioremq́; reddi, atque eo quod craſſum & intenſum eſt ſegregato, præterea neſquicquam lædere poſſe*. At *frequenti tamen eiusdem uſu longoq́; temporis ſpatio, præſertim ubi liberalius bibitur, calorem ipſum innatum ab hac eadem contra quàm ab initio contingat, quis ſuperari negauerit ?* Subinde *prædictos affectus ſequi quis etiam non affirmauerit ? quippe animantis calor à principio quidem multa per quàm facile ſuperare poteſt, ſed à quibus deinde nimis ſæpe retuſus (ſi quidem omne agens ex horum numero quæ ſecum ipſis ſeipſa communicant, ſemper agendo (ut aiunt) repatitur) de uictore tandem uictus efficitur*.

Quamobrem mulieres quoque menſtruorum tempore, præſertim abſthemias, ſiue lubrica ſiue aſtricta fuerint aluo, ab hac impurgata non leuiter lædi æquum eſt. Tunc enim quum multum ſitire multum'q; potare ſoleant, iuſta euenit ratione, ut magna aquæ pars ad uterum delegetur, atq; inter menſtruorum uias ob illius craſſitudinem, ut obſtructiones gignantur & ſecundo menſe aut tertio menſtrua uel minuantur uel omnino ſupprimantur: neque minus offendi prægnantes mulieres, ne'q; item minus eos uiros qui rem ueneream immodice agunt: quum enim in illis pro fœtus nutritione ad uterum, in his uero pro nimia ſeminis profuſione ad pudenda non pauca alimenti pars deferatur ac in utriſq; in illis quidem ob frequentiorem coitum, in his autem ob fœtus formaturam ac augmentationem non paucus calor exiſtat, tum aqua hæc impura alimento cō mixta, impetu quo ad inferiora ob ſui craſſitiem fertur & attractu quo in loca calentiora defunditur, ad dictas partes delata, ſimiles obſtructionis noxas inducet. ſed equis hæc eo minus officiet, quo ij ueſicæ meatus obtinent ampliores, quamobrem (ut inquit Ariſtoteles) calculoſi non fiunt.

Quibus

Quibus conueniat, & quibus non conueniat Tiberina aqua pura Cap. 5.

Porrò ut impura his qui aluo fluida ſunt, minus obeſt, his uero qui aſtricta, magis: magis etiam ſi aluo ſint calida: ita pura his quorum uentres duri ſunt & calidi, magis conducit, duri inquam non præualidi quidem, ſed (ut uulgo dicimus) præſiccati aut fermè ſicci: id quod & ſi pleriſque omnibus notiſſimum eſt, ſic uidelicet interpretandum eſſe, ut tamen ea quæ in ſubſequentibus de præualidis uentribus apud quoſdam forte pro duris idem tanquam synonimum intelligentes, difficultas oriri poteſt, auferremus, hæc pauca his interponere mihi graue non fuit. Sed ad rem. His uero *quorũ uentres molles, humidi, & pituitoſi ſunt, minus: utiq; cõueniet: q̃ppe quibus duriſſimæ, et crudiſſimæ (ut inquit* Hip.) *ac ſubſalſæ aquæ conferunt: ſic enim eos maxime reſiccari putat.* Quod *ſi uerum eſt affatim epota ut ob partium tenuitatem præſertim ſi calor aliquis inciderit ocyus deferatur ad urinæ uias: tum ualde nocebit his, qui ſeminis fluore aut nimio coitu aut ulcere aut carne in uaſis urinarijs oborta, aut alia quauis in his inſtrumentis cauſa difficulter mingunt: quo enim plus aquæ ad eas partes de-* Li. de aere & aquis.

legatur, eo plus urinæ accumulant: quæ deinde difficilem ſortita exitum, diutius quàm par eſt in uaſis detenta, ut corpus extra uel arenularum expers apparens, corrumpitur, & in arenulas permutatur, ita quoq; intus præter naturam retenta, in idem euadit: id quod noſtra ætate medici contemnẽtes, dum quibusdam ſuis urinæ prouocantibus arenulas eliquare aut calculos frangere perſeuerant, neglecta ea quæ in inſtrumentis eſt, morbi cauſa, plus urinæ coaceruant, quæ quum exire nequit, tum in arenulas uerſa calculos magis auget. Tam *& ſi enim complures medici non aliter quam ex craſſa uiſcidaq; materia, & ab immodico calore hanc eãdem (ut aiunt) aſſante calculum in homine gigni uolunt, ob hoc tamen ubi urina diutius quàm natura ferat, in corpore retinetur, in arenulas uerti, quis negauerit? quum extra corpus ita cõtingere nunquàm non ſæpe palàmue cernamus? quippe quæ ſiue in renibus ſiue in ueſica uerbi cauſa præter naturã commoratur, æq; ac foris in uaſe permutetur oportet:* Sed iam *urina eſt, in id igitur quod non eſt, permutabitur: quare permutatio hæc corruptio erit, neque non putrefactio, ſi eam conceſſeris (ut æquum eſt) ab alieno calore fieri, in humido enim caloremq; innatum habenti fieri clarum eſt:* His adde *quod ut* Meteororum *quarto*

inquit Ariſt. ſicciora fiunt putrefacta omnia & tandem terra & fimus, ſic urina dum ſemel aliquando non apto tempore excreta intus diutius remanſerit, quia putreſcit, in arenulas (eæ .n. terra ſunt & fimus) in procliui tranſibit. Hinc ſenes licet imbecillimo ſint calore, quia tamen laxa habent & renum & urinæ ſeruientium uaſorum caua in quibus minimo negocio urinæ pars aliqua dum foras à natura deijcitur, contra remanet: pleriq; ferè omnes cum ſuis urinis arenulas mingunt, id quod uel eo indicio perſpicuum fit, in ijs qui conſtanti ſunt ætate aut de ea proxime recedunt dum enim mingunt, urinæ non nihil plerunq; relinquunt in parte meatus urinarij quæ reliquo ipſius ductu ad glandem amplior eſt. Si ergo illud ipſum ſtatim à mictione pœnem excutientes non eiecerint, paulo poſt aut acrimonia aut re quauis alia excitati, urinam eijciunt & ſi modicam, tamen turbidam & arenoſam, quæ aliàs ſyncera ſemper fuerat, hinc etiam aliqui nunquam aliàs ſoliti arenulas mingere ubi ob aliam cauſam quàm ob arenulas aut lapillos ſuppreſſam urinã patiũtur ſimul ac primũ mingunt, arenulas quoque mingunt, à quo ſubinde liberati arenulas præterea nõ mingunt unq̃, quibus expoſitis facilis eſt coniectura, non ſolũ ex craſſa uiſcidaq; materia, arenulas in hu͂ano corpore generari:

ſed ut plurimum ex urina ipſa dum præter naturam retinetur, neque item ad id efficiendum calore (ut aiunt) aſſante ſemper opus eſſe: ſed interdum etiam quemuis alium multo minoris efficaciæ per ſe ſufficere, uerum quia in his à propoſito nimis longe aberrauimus, iam ad illud reuertamur. Vt igitur aqua hæc ſuapte natura frigida humida, & imputris eſt, ita febribus arcendis utilis erit ut cum maxime, frigida enim & humida febrilem calorem ratione optima temperabit, imputris uero exiſtens (quanquàm (ut ante declarauimus) corrumpitur) in qualitatem putridam minime conuertetur: quo nomine tum diſpoſitioni, quæ cholèra dicitur, tum arquatis, & aliis huiuſmodi morbis non parum expediet: atq; cum uinum modicum (ut ex dictis patet) facile ferat, tenuium'q; ac prompte diuiſilium ſit partium: his quibus infirmum caput eſt, noxia erit, ſi præualido uino minuſquàm modice miſceatur, tum .n. pauca exiſtens, uinum non refrangit quidem ſed ferè auget, facit'q; ut eius tenuitate uino addita id expeditius loca plura anguſtiora'q; capitis ſubeat: adeo ut huius aquæ uſus ebrioſis, qui præpotentibus uinis aqua uero per quàm modica gaudent, minime tutus ſit: ſicut etiam uentre nimis ualidis, ſcilicet ob facilem eius alterationem: ut ferme non ad ruſticorũ aut rudium: ſed ad ur-

banorum nobiliumq́, præſidium, qui plerunq́, ſto macho imbecilli ſunt e, quorum numero magna pars Romanorum *curialium eſt, à natura potus hic inuentus eſſe uideatur: ut quod in eis uel cor poris uel ſtudij uel loci ratio detrahit: id modera ta illius potio reſtituat.*

Quomodo & quatenus vſui eſſe debet atq́ obiter quale uas quod illam contineat.

Cap. 6.

E*xpediet itaq́; hac aqua tum uti maxime ubi eã non ex procellis ſtagnante* Tiberi *ſed mun do et propria nimirum aqua prædito, aut pluuijs ætbereis (ut ſecundũ quosdã ante dictum eſt) au cto hauſerimus:* Deinde *ubi iam exquiſite fuerit expurgata, expurgationis terminum definire in promptu non eſt, poteſt enim id interdum uelo cius, poteſt interdum ſerius euenire: ita tamen eſto quum uidelicet eam coquentes in uaſis fundo nihil præterea ſubſidere perſpexerimus:* Tunc *enim reliquam quæ uel cruda ſit, abſque noxa potare licebit: illud interim cauentibus ne longio ri poſt tempore in uaſe commoretur, continget enim ut denſitatem cum grauitate inſuper acqui rat, quum non in motu, ſed in mora (quemadmo*

dũ dicebamus) exiſtens, iã tota ſe ipſam inferne (ut grauibus omnibus innatum eſt) continue premat, id quod facile diſtinguemus, quum hanc eandem alteri Tiberinæ *puræ in pondere compa=rauerimus: ſi nanq; ea quæ ſenior eſt (ut ſic di=cam) ponderoſior inuenta ſit, clarum eſt eam ipſam uitia quæ retulimus ſuſcepiſſe, proinde tu=to bibendam non eſſe: ſin minus ponderoſior, aut ferme æqualis, tunc in id quod præcipitur ceu nõ neceſſarium neq; magnum ſtudium neq; multam operam conferendum: ſed ubi ſic abſq; culpa non datur, conducibilius eſt, non crudam bibere, ſed priuſquàm bibatur coctione alterare tantiſper (ut ante diximus) dum impuritas ipſa tollatur, calor enim coquendo aquam æquabiliter fundens, hanc eandem puriorem tenuioremq; reddit, unde* Alexander *primo annotationum (ut etiam dixi=mus) eſt magis tenuis aqua calefacta, quàm pri us: quemadmodum &* Auicenna *ſcriptum reli=quit: ubi enim illa refrixerit, quicquid in ea terre=num erat, congenita ſibi grauitate deſcendens, in fundo uaſis ſubſidet, aqua uero ſuperne flui=tat, qua paulatim in aliud uas transfuſa, inno=xie uti poterimus: Quod ſi dum coquitur, ni=hil ſecernat, tunc poteſt ſine coctione citra no=xam potari: usque adeo ut tantiſper coquendi neceſſitas ſit, dum ubi coquitur, excrementa po=*

nit, id quod ſi non contingat, præterea coquenda non eſt, ſed bibenda ocyus quàm grauis efficiatur: id quod etiam ubi coctione defæcata fuerit faciendum, ob eandem utique rationem: Atque hæc, quomodo hac aqua utendum ſit. Quia uero homines grauiter ferre ſolent tum cibos, tum potiones, & ſi ſuapte natura uitio carent, ſi præter conſuetudinem ingerantur: Quicunque Romam *nuper acceſſerint, præſertim ij quibus ob itineris longitudinem, plurimum ſitire contigerit commonendi ſunt, ne confertim ſed paulatim hac aqua uel exacte purgata utantur: quàm plurimam enim biberint, tam citiſſimam ſentient noxam: uiſum eſt nanq; antiquis patribus ciborum mutationem, minus quàm aquæ grauem hominibus eſſe.* Nempe *aquarũ mutationes facere ut pediculi in quibus haberi poſſint, multi habeantur: atque omnino aëris mutatione grauiorem eſſe, huius nanque ſubſtantia ſolidior multò quàm aëris eſt breuiq; locorum ſpacio, multò magiſquàm ab aere aer, ipſa à ſe ipſa differt, atque eiusdem uſus plurimus eſt,* Adeo *ut in omnibus aqua (* Ariſtotele *authore) alimento ſit: quam ob rem aquæ crudæ, & frigidæ ſterilitatem aut partum fœmineum faciunt:* Itaq; *mirandum non eſt ſi pleriq; qui dudum* Romam *uenerint, ubi aquam hanc (quoniam tantò-*

pere ab alijs laudari audiunt.) intemperate pota-rint, tum dolore aliquo illorum uentriculus affi-ciatur, aut renes grauiores fiant, aut urinæ ſtil-licidium, aut difficultas oriatur: aut caput nimis plenum ſentiatur: quod inde corpus uniuerſum diſtillationibus infeſtat: id quod medicorum ali-qui gallico (ut aiunt) morbo ſtatim uitio uer-tunt, pauci, aeri, nulli tamen aquæ, cuius ſubita, eiuſdemq; præſertim impurgatæ, ſi uidelicet hac immoderate uſi fuerint, mutatio in cauſa ple-runq; ſit. Iſta quidem de aduenis quatenus hac aqua uti debeant: ſed non minus accolas, inco-las atque ciues id ipſum quatenus obſeruare de-cet, quod quia tum ex proxime dictis, tum ex his quæ de communibus aquarum omnium ante di-ſputauimus, clare iam patet, id ſane nobis ſilen-tio præterire nunc licet, ſi illud unum admonueri mus quod in huius aquæ uſu, eo magis offendit nimium quàm parum, quo magis hæc inculpata eſt, & ob id nimis liberaliter potatur. Cæterum illud ignorari non oportet: ſi figlinum uas quo aqua continetur, quemadmodum in uſu nunc eſt: medio amplum, pede autem & ore anguſtum fue rit, ut aquam non niſi ad medium uſque hauria-mus: ubi enim uas inferne in anguſtum ire in-cipit, inibi quoq; ipſius aquæ excrementa reſi-dent, ſecundum uaſis uidelicet obliquum tanquàm

in fundo recepta : aut igitur id infra non hauriendum : aut uas eligendum quod ab ore ad fundum uſq; in amplitudinem continue magis latam ſemper extendatur : Non enim alıubi quàm in fundo firmari ſordities poterit : atque illud præterea quo maius extiterit eò celerius atque exactius aqua tota purgabitur, ſiquidem in paruo uaſe debilior eſt ſabuli copia quàm ut poſſit repente deſcendere & aquam exquiſite defæcare.

Quo anni tempore de Tiberi hauriri debeat quo item fluminis ſtatu, quibusue de locis Cap. 7.

Oportet autem è Tiberi aquam hanc exantlare: media præſertim æſtate, ac ferè quoque anni tempore, ubi non externis ſed proprijs aquis onuſtus urbem percurrit, niſi contingat ut externæ (quemadmodum ſupra diximus) æthereæ ſint. loca uero ad hauriendum eligere, quæ maxime cum à cloacis, tum à latrinis alijsq; fœditatibus diſtant, quare ut apud pellıones locus deterrimus eſt, ita apud Mariam à populo nuncupatam (ut ante docuimus) maxime eſt idoneus: qui cum ab omnibus ob longum & urbis & fluminis

pere ab alijs laudari audiunt) intemperate potarint, tum dolore aliquo illorum uentriculus afficiatur, aut renes grauiores fiant, aut urinæ ſtillicidium, aut difficultas oriatur: aut caput nimis plenum ſentiatur: quod inde corpus uniuerſum diſtillationibus infeſtat: id quod medicorum aliqui gallico (ut aiunt) morbo ſtatim uitio uertunt, pauci, aeri, nulli tamen aquæ, cuius ſubita, eiuſdemq; præſertim impurgatæ, ſi uidelicet hac immoderate uſi fuerint, mutatio in cauſa plerunq; ſit. Iſta quidem de aduenis quatenus hac aqua uti debeant: ſed non minus accolas, incolas atque ciues id ipſum quatenus obſeruare decet, quod quia tum ex proxime dictis, tum ex his quæ de communibus aquarum omnium ante diſputauimus, clare iam patet, id ſane nobis ſilentio præterire nunc licet, ſi illud unum admonueri mus quod in huius aquæ uſu, eo magis offendit nimium quàm parum, quo magis hæc inculpata eſt, & ob id nimis liberaliter potatur. Cæterum illud ignorari non oportet: ſi figlinum uas quo aqua continetur, quemadmodum in uſu nunc eſt: medio amplum, pede autem & ore anguſtum fue rit, ut aquam non niſi ad medium uſque hauriamus: ubi enim uas inferne in anguſtum ire incipit, ibi quoq, ipſius aquæ excrementa reſident, ſecundum uaſis uidelicet obliquum tanquàm

in fundo recepta: aut igitur id infra non hauriendum: aut uas eligendum quod ab ore ad fundum uſq; in amplitudinem continue magis latam ſemper extendatur: Non *enim alıubi quàm in fundo firmari ſordities poterit: atque illud præterea quo maius extiterit eò celerius atque exactius aqua tota purgabitur, ſiquidem in paruo uaſe debilior eſt ſabuli copia quàm ut poſſit repente deſcendere & aquam exquiſite defæcare.*

Quo anni tempore de Tiberi hauriri debeat quo item fluminis ſtatu, quibusue de locis Cap. 7.

OPortet autem è Tiberi aquam hanc exantlare: media præſertim æſtate, ac ferè quoque anni tempore, ubi non externis ſed proprijs aquis onuſtus urbem percurrit, niſi contingat ut externæ (quemadmodum ſupra diximus) æthereæ ſint. loca uero ad hauriendum eligere, quæ maxime tum à cloacis, tum à latrinis alijsq; fœditatibus diſtant, quare ut apud pelliones locus deterrimus eſt, ita apud Mariam à populo nuncupatam (ut ante docuimus) maxime eſt idoneus: qui cum ab omnibus ob longum & urbis & fluminis

ſitum frequentari uix queat, haud ab re erit, ubi ſordidorum locorum ſuſpitio ſuberit, per longiorem tabulam aut nauiculam ponte extructo, e medio flumine aquam haurire. Quum enim quàm plurima in medio aqua ſit, ac uelociſſime currens, haud facile poterit à uicinis inquinari: Quam ob rem in hoc caſu prope medium potiusquam prope ripas Tiberina aqua ſumenda eſt: contra quam omnes nunc factitent.

De Aquæ Tiberinæ uſu, deq; Tiberi quædam. Cap. 8.

E*Xquiſite igitur purgata, ſiue coctione ſiue temporis longitudine cum poculentis & eſculentis commixta, ſiue etiam per ſe ſola, modo neque frigidiſſima bibatur neq; inanitis uenis, neque item repentina facta mutatione, neque exiſtente aliquo ex his quæ ante prohibuimus: ut omnium erit optima ita ad coquendum utilis, ad digerendum, ad mingendum, ad uentrem humectandum ad modice refrigerandum: utilis præterea omni ætati, pueris, mulieribus, ſenibus; utilis ad iecur, ad lienem, ad pulmones, ad neruos, propter ſuarum enim partium tenuitatem;*

facilemq́; diuiſionem (ut ante diximus) alterationem ab innato animantis calido prompte recipiens merito bis accommodata cenſebitur, habita nimirum ad alias aquas, quæ in uſu ſunt, ratione. Neque nos turbet quod hæc turbida inter fluendum ſit, ut etiam limoſa putrisq́; uideatur: nam & Nili aqua, quæ non dum à quibusdam authoribus ſatis laudata eſt: antequàm expurgetur (ut Galenus inquit) eſt limoſa ut ferè putreſcentis imaginem ſubeat.

Quodſi Nilum Oribaſius cum paucis fluuijs uirtute & bonitate aquarum conferendum eſſe putat, quoniam eius aqua aluum ſubducit, menſes ciet ac in puerperijs potatur, quicunque hæc noſtra nunc de Tiberi audierit, is non modo eum Nilo conferre, ſed atque adeo anteponere iure optimo poterit, in ſpem etiam hinc erectus, ut iam affirmare auſit quemadmodum Eleus amnis referente Plinio apud Medos in magna cerimonia erat (ſiquidem Reges non ex alio bibebant, & ob id in longinqua portabant) ita Tiberim fluuium apud Romanos poſthac futurum eſſe: Quippe qui ſi creber ac ſubitis incrementis, & nuſquàm magis aquis quàm in ipſa urbe ſtagnantibus creſcat, uates (prædicto authore dicente) intelligitur potius ac monitor Auctu ſemper religioſus uerius quàm ſæuus. Lib. 6. cap. 27.

Si uero expurgata eius aqua (ut modo narrauimus) in potum uſum'q; ueniat, hinc palam fit in hoc uno exuberantis opus eſſe naturæ fœlicis atque ſalutaris.

Hactenus de Tiberina aqua, de qua ſi bene quidem & conuenienter his quæ propoſuimus, diſputatum à me eſt: dixi ut uolui, ſin minus, ut potui.

Liber Tertius fœliciter finit.

ALEXANDRI PETRONII LIBER QVARTVS,

μετὰ τὰ τιβεριὰ *

Excuſatio cur de Elementis quædã quaſi πάρεργα in hoc libro tractentur deinde, vtrum ſecrſum a mixto ſit elementum (vt aiunt) actu. Cap. 1.

OPORTET *autem non latere, quod in ſecundo prædicti operis libro, de frigiditate aquæ* (*ut elementum eſt*) *intenſiſſima nec ne eſſet, nonnulla ſcripſimus* quidem, *ſed certe ieiunius quàm hæc cauſa poſtularet, multa nimirum prætermittentes quæ contra noſtrã de hac re opinio-*

nem facere crederent, ſane uero non quia ea diſſoluere dubitaremus, ſed ne de primo propoſito in alterum (qui non leuis error eſſe ſolet) nimis q̃ longe digrederemur. Cæterum ſi nunc quoque id ipſum reueriti, hæc eadem ſilentio tranſeamus, ſtatim uidebimur nec quæ contra dubitantur, ſoluere poſſe, nec quæ ſententiam noſtram confirment oſtendere. ſin hæc ipſa ſcribere aggrediamur, tum erroris notam quam hucuſq; de induſtria fugimus, nunc non inuiti quidem ſed uolentes ſubire meritò iudicabimur. Prætermittenda igitur hoc etiam loco ne illa ſunt? an digreſſionis à primo propoſito crimen modo ſubeundum? quũ multo utiliorem ſese præſeferat noſtra hæc diligentia, quàm dicti criminis (quod & ante atq; adeo uerebamur) negligentia? Tentabimus ergo quàm moderatiſſime & quàm breuiſſime facere id ipſum aſcribentes humano animo qui nunquàm acquieſcit huius quidem cauſam, ſed huius cauſa ſcribentes, ut qui aliter quàm nos opinemur audire ſoliti ſunt aut uolunt, ij clarius uideant quid ipſi arbitremur, contentiones minuantur, ueritas ipſa nuda intelligatur, hanc enim quoad fieri poteſt inuenire uolumus, non tamquam aduerſarium aliquem conuincere.

2. de gene. & corru. tex. 48. *Hi igitur elementum uolunt in mixtura retundi, quæ enim miſcentur (ut inquit Ariſto.)*

intenſiones corrumpunt inuicem. Volunt item mixtura diſſoluta, idem ipſum in exceſſum redire, ſicuti fateri neceſſe eſt (inquiunt) in mixtura contrario ſuo admiſceri, ea diſſoluta ab illo recedere & purum euadere, quando igitur contrario admiſcetur remitti, quando ab eo liberatur intendi ut quum maxime.

Ex his duplex oritur quæſtio, una eſt utrum exempli gratia frigiditas à contrario remota ubique locorum, ſimiliter intenſa ſit, (quæ quomodo habeat, partim in ſecundo (ut diximus) libro explicatum iam eſt, partim uero paulo poſt explicabitur) altera, utrum elementum puram actu (ut aiunt) obtineat qualitatem, quam planè illa ſubinde ſequitur, hæc eſt, utrum ſeorſum à mixto ſit elementum (ut putant) actu, ſed ſi non eſt: quia enim cum contrario ſemper eſt: Vtrum naturaliter puram & ſimplicem obtineat qualitatem? Mox utrum ab actione non ceſſet unquam? Deinceps utrum propria illius qualitas neque magis neque minus recipiat, ſed ea dumtaxat quæ contingit mixtis? Si uero hæc quia magis & minus recipit, ex contrarijs componitur, Vtrum (quia medium quoddam ē) ex contrarijs (ut aiunt) actu mediū cōponatur? Quo deinde modo fiet, ut ſpecies aliqua ſit? quo item modo continget, quoniam contraria ſemper

agunt ſimul & patiuntur, ut ad illam ſit motus, atque is non ſit infinitus motus? Denique *ſi in elemento non eſt intenſiſſima qualitas, à quo nam illa in rebus quæ conſtant ex elementis, generatur? Hæc igitur & tot ſunt quæ propoſitam quæſtionem conſequuntur.* Sed *illud ex his omnibus primum aggredi tentandum, quod eſt, utrum ſeorſum à mixto ſit actu (ut putant) elementum? ſic enim non modo in actu puram ſortiatur qualitatem ſed reliqua in dubium reuocata nimis quàm facile intelligemus.* Itaq; *nunc ea uideamus quæ pro hac quæſtione ab his diſputari ſolent.* Exponam *enim generatim, tum argumenta eorum, quoniam ipſi ſolent illa non confuſe loqui, tum etiam ut ueritas magis eluceſcat, alia quædam ſuperaddam, componunt igitur ea hunc in modum:* Elementum *ad mixtum refertur, relatiua ſimul ſunt natura, mixtum eſt actu, igitur & elementum.* Species *omnis induiduum aliquod de quo in quid prædicatur, habet actu:* Elementum *utpote ignis ſpecies quædam eſt, indiuiduum igitur aliquod, habebit actu, de quo in quid prædicabitur:* Elementi *prædicatio eſt, ut purum ſit & ſimplex, quare indiuiduum aliquod habebit actu, quod purum erit & ſimplex.* Motus *rectus & purus & ſimplex actu eſt: igitur elementum cuius eſſe dicitur & purum &*

ſimplex

ſimplex actu erit.

Elementum eſt tum Ariſtoteli tum ueteribus penè omnibus in quod ultimum reſoluuntur alia corpora (hinc Hippocrates Cous libello de natura humana neceſſum inquit hominis corpore intereũte ſecedere ad ſuam ipſius naturã unumquodq; & humidum, ad humidum & ſiccum ad ſiccum, & calidum ad calidum, et frigidum ad frigidum. Talis autem natura eſt, tum animalium, tum omnium aliorum & omnia eodem modo generantur & pereunt omnia eodem modo, natura enim ipſorum conſtat ex his omnibus iam dictis & in idem ſicuti dictum eſt finem habent, unde enim conſtitit unumquodq; in id etiam abit, ita ait) id ergo ultimum aut actu erit aut non erit, ſi erit: elementum actu erit. ſin minus: in id quod non eſt, reſolutio fiet.

Generatio eorum eſt quæ actu ſunt: Ariſtoteles de generatione & corruptione ſecundo ex ſe inuicem generari tradit elementa, elementum igitur, actu erit. Demum Ariſt. ſeparata prius eſſe 1. de gen. ea ex quibus mixtura fit, deinde cõmixta, rurſum et corrup. ſeparari poſſe ſcriptũ reliquit: id uero genus ele- 83.84. mẽtũ ẽ. elemẽtũ ergo ſeparatũ ab alijs actu erit.

Hæc & huiuſmodi ſimilia ſunt, quæ ſumunt ac ſumere poſſunt ut concludant id quod uolunt: ex his unum putant ſibi concedi, neque enim quiſ

quàm repugnat, id eſt hoc, puram & ſimplicem qualitatem ineſſe elemento: reliquum uero multa & uaria oratione defendunt, quod eſt, ſummam & intenſiſſimam omnium eam eſſe, hoc propoſitum non præteruolant, ſed ita dilatant ut nõ mediocrem curam adhibeant & diligentiam: ſed progrediamur longius et ita agamus ut nihil nobis aſſentati eſſe uideamur, quæq; ab his dicuntur ſic perſequamur ut nihil in præteritis relinquamus. Primum igitur ſcire licet elementũ uno modo dici quod ſimplex eſt, altero quod mixtum eſt, ſed ſimplici ꝗ ſimillimum, quippe quod maxime omniũ eſt illius particeps, huiuſmodi eſt uulgaris aqua, terra, aer, & ignis aut igni quid ſimile: in quæ tanquàm in ultima corpora (ex his .n. (ut diximus) præcipue conſtãt) dum aliquid corrumpitur reſolui, hoc eſt humidum ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, & frigidum ad frigidum redire ſenſu ipſo perſpicimus. Deinde id quod inquiunt elementum actu eſſe, aut ita dici ut actionem aliquã ſuapte natura efficere poſſit, aut ita ut loco ſeiunctũ ſit et à mixto et ab alijs: illud nos quoq; eſſe concedimus, alterum ut minime uerum eſt, ita ex his quæ ſumpta ſunt, multo minus concluditur.

Itáq; relatiua ſunt quidẽ natura ſimul, ſed iuxta eã habitudinem à qua ſumunt (ſic dicam) eſſen

tiam. Non *ergo ſequitur mixtum in loco ſeorſum ab alijs eſt, ut elementum quoq; in loco ſit ſeorſum ab alijs : huius enim rei cauſa eſt, quia ſic inuicem non referuntur .*

Quod ſecundo & tertio loco deducebatur, nemo ſanæ mentis inficiari poteſt. Neq; *id ſententiã noſtrã euertit : quippe qui fatemur inter res eſſe elementum ſuapte natura purũ & ſimplex, ſicuti materiam ſuapte natura informem , ſed ut hãc nullibi niſi cum forma, ita elementum nullibi niſi cõmixtum alijs, id quod* Auer. *ſecun. cœli fortaſſe contemplatus , eſſe elementorum (inquit) eius interpretis uerbis utar) eſt propinquius ad eſſe materiæ quàm ad eſſe formæ: uerũ id infra clarius explicabimus : interim dicamus, ut oculus quod in diuiduum quoq; ſpeciei cuiusdam eſt de quo magis uidetur, ſeiunctus tamen à corpore non eſt oculus niſi (ut aiunt) æquiuoce, ita ſeorſum à mixto nullibi eſt elementum : ſed poteſt de uulgari elemento, uera elementi ſpecies prædicari, poteſt item et motus ſimplex, parte tamen qua in eo ſimplex & purum ſuapte natura ineſt elementũ .* Contra *poteſt, ut proxima & ultima ratio ſua cũ appendice concludebat, fieri diſſolutio in ſimplicia & pura ſuapte natura elementa : poſſunt quoq; hæc eidem ex ſe inuicem ſe ſe tum generare tum corrumpere: poſſunt ſeparata prius deinde miſceri ac rur*

ſum ſeparari, parte qua tamen in uulgari elemen to aut mixto quodã (ut ſenſus ipſe per quem natu ralibus (auth. Ariſt. fides ſit, atteſtatur) inueniun tur: fieri.n. alicui uix poſſe uidebitur ut ſimplex elemẽtũ ſeorsũ ab alijs manens à cõtrario corrum patur: eſto .n. id aqua pura, hæc igitur ab igne pri mum calefiet: ſed quo id continget modo? ſim plex nanq; eſt, ſic enim cum frigore calorem non patitur, ſi communis materia igni & aquæ calo rem illum admittit? quo nam pacto ſub aquæ dum taxat forma quæ calori maxime reluctatur, calo rem recipiet? ſin illi citra aquæ formam aut ra tionem ſubijciatur? qui fiet? ut tum pura mate ria, quatenus informis eſt, non dum enim aliam quàm aquæ habet formam, ſub calore ſub alte ratione reperiatur? id quod pleriq; ferè omnes Pe ripathetici abſurdum cenſent arbitrati accidens in ſubiecto (ut aiunt) actu ſemper exiſtere opor tere. quamquam illud quoq; idem contra eos, qui ſtatuunt, inuicem ſimpliciter generari corrum pique elementa dum etiam commixta ſunt, ſatis apparenter dubitari poteſt, quia tamen id ex proxime dictis ſolutu facile eſt, præterea dice re omittamus, ad rem noſtram reuerſi. Qui er go fictis ab intellectu rationibus ſenſum dimittens probare contendit ut in ipſamet ſimplicia ſeorſum ab alijs in corruptione diſſolutio fiat, ac etiam ut

hæc eadem ſeorſum à mixto ſeſe inuicem deinde corrumpant & generent: is planè ignorat in quo nam intellectui & in quò nam ſenſui fidendum ſit, & æque facit, atq; ij qui falſas poſitiones in diſputationibus pugnaciter defendunt: Quicquid enim inde ſequitur perfricata fronte aſſeuerant, ac ſi uera haberent principia, quaſi quod natura les philoſophos non oporteat à cõſequentibus & præſertim à fine contra quam ij faciant, iudicare: ſed ut factiuæ facultatis finis eſt opus, ita naturalis ſcientiæ id quod præcipue ſecundum ſenſum ſemper apparet. Quamobrem in elementorum ac mixtorum tum generationibus tum corruptionibus (ut inquit Ariſtoteles*) à ſenſu petenda fides eſt, atq; quum ſenſus elementum loco ſeorſum à mixto exiſtens nunquàm ſentiat, ſed cum mixto ſemper ſentiat, idipſum ſemper eſſe commixtum iudicare debet. Cæterum ſtatim dicet aliquis ſi ſenſum tantifacere in rebus naturalibus ipſi uelimus, quomodo continget, ut unius corruptio (ſicut inquit* Ariſt.*) ſit ſemper alterius generatio? quia enim corruptione naturaliter facta utpote mortuo animali, uidemus corporis par tes, has humeſcere, illas ſiccari, has frigeſcere, illas calefieri, uſque adeo ut calidum ad calidum, frigidum ad frigidum, ſiccum ad ſiccum, humidum ad humidum (ut ueteres dicunt) reuerti cer*

namus: quo igitur modo iſthæc alterius erit ge- neratio? ſi in illa (ut aiunt) elementorum diſſo- lutio ſit: in generatione contra, nempe unio? Non enim ignoro ſi diſſolutionis nomine mutata proportio intelligatur ꝙ nullum ſequitur inconue- niens ſed diſſolutione prout diſſolutio eſt, admiſsa ut etiã ueteres accepiſse uidẽtur adhuc eadem re manet quæſtio. Reſpondebis ꝙ elementorum gene ratio tunc eſt: ſed memento quoniam hæc iam in mixto ſunt, cum diſſoluentur, minime generabun tur, ante enim erant quàm diſsoluerentur: di- cet alter fieri diſsolutionem, quoad interitum illius animalis, unionem uero quo ad ortum ali- cuius alterius. Is ergo ne putat diſsolutoinem et unionem eorundẽ eſse uel diuerſorũ? ſi eorundem qui fiet, ut eadem elementa ſimiliter uniantur et diſſoluantur? ſi diuersorum, dico numero non ſpe cie, ſemper oportebit in huiuſmodi corruptione quatuor elementa diſsolui & quatuor alia coire ſi mul, necnon ſi eorum diſsolutionem corruptio ſe- quitur, unionem uero generatio, aliquam ferme eſse corruptionem quæ nullius erit generatio. Sin ſenſum dimiſerimus, quo ingenio res naturales quæ planè ſenſiles & dicuntur & ſunt, recte cognoſcemus? sed hæc omittamus: ſunt enim (ut Græci dicunt) πάρεργα. Igitur ad illud reuerta- mur quod paulo ante quærebamus: erat id in pri

mis utrum ſeorſum à mixto ſit actu (ut aiunt) elementum: Itaq; *cum rationes illorum qui id ipſum probare tẽtabãt, ĩ antedictis ſolutæ iã ſint: noſtra nunc intereſt cur illi recte non ſentiebant oſtendere, hoc .n. patefacto ſubinde cætera ceu foribus adapertis manifeſta fient.*

Peccant *enim quia ſtatuentes elementum ſeorſũ à mixto præſertim in proprio loco (ut arbitrãtur) manere, id ne quidem quicquàm naturaliter agere ſtatuunt, niſi ſe ipſum agendo corrumpat, neq; enim mouet neq, alterat aliud, atq; adeo ut planè ocioſum ſit.* Inter *axiomata uero naturalis philoſophiæ illud potiſſimum eſt quod* Deus & Natura *nihil fruſtra faciunt.*

Huc *pertinet quod perfectum quoddam et omnino abſolutũ naturaliter esſet, quam ob rem neq; per ſe ſolum, neq; cõmixtum alijs ſubijcietur alicui alteri quod accidens non fuerit.* Necnon *quia elementum dicitur ex quo inexiſtente ſit aliquid, ex eo autem quod loco et natura ſeorſum ab alijs manet, niſi corrumpatur nihil ſit, profecto id tale ſuapte natura non erit elementum.*

Huc *accedit quod elementũ (ut illi affirmant) mixti eſt elementum, & mixtũ elementi mixtum:* Si *ergo ſuapte natura ſeorsũ erit à mixto, mixti elementũ naturaliter nõ erit, neq; non ſiquidem ita eſt mutua eorumdem relatio ut ipſum elementum*

à mixto ſeorſum eſse concedunt, ita mixtum ab illo ſeorſum naturaliter eſse fateantur oportet: quod inſulſiſſimum eſt.

Id quod illinc quoq; ſuaderi poteſt animalis .n. puri & ſimplicis quod ſenſu ſolo conſtat, indiuiduum nullum ſeorſum ab alijs inuenitur: eſt uero id multo perfectius quam elementum: ſi ergo id de quo magis uidetur, ſeorſum alicubi non eſt, eò utiq; minus, alicubi ſeorſum erit elementum.

Deinde aut elementa naturaliter commiſcentur, aut non? ſi naturaliter, tum nihil probibet, quæcunq; ea ſunt, miſceri: miſceantur ergo, quia eo quod naturaliter fieri poteſt poſito, nullum ſequitur quod aiunt impoſſibile: nullum igitur elementum ſeorſum à mixto naturaliter erit: quam ob rem falſa quoq; illorum erit opinio qui ob uniuerſi conſeruationem elementa ſeparata eſſe uolunt: ſin non naturaliter, ergo uiolenta erit illorum mixtura: uiolentum uero nullum perpetuum, aliquando igitur illa ceſſabit omnino: poſſunt nanq; non commiſceri, non itaq; commiſceantur: nulla igitur erit mixtura ac etiam magis naturalis erit diſſolutio quàm mixtura, proinde magis naturalis erit corruptio quàm generatio, quod ſimiliter abſurdiſſimum eſt.

Itaq; ſi elementum à mixto ſeorſum nullibi reperitur, perſpicuum eſt, quod neque purum, neq;

ſimplex ſeorſum ab alijs erit : id quod Auer. aniſ maduertens, Meteororum .iiij. elementa (inquit) non inueniuntur in locis ſuis ſimplicia & pura. Necnõ de generatione ij. Ariſt. οὐκ ἐςὶ δὲ τὸ πῦρ καὶ ὁ ἀὴρ καὶ ἕκαςον τῶν εἰρημένων ἁπλοῦν ἀλλὰ μικτόν. *Non eſt autem ignis & aer & unum quodq; dictorum ſimplex ſed mixtum : unde Galenus de ſimpl. primo ne aqua pura (inquit) ſyncera eſt, ſicut nec aliud ullum elementorum ſenſibilium, etenim exactum elementum (ut primo in lib. Hip. de natura humana comentario idẽ atteſtatur) potius cõcipitur mẽte q̃ exiſtat.*

Elementa eſſe naturaliter ſimplicia & pura ſemper tamen in actione eſſe, ſecũdum propriam qualitatem. Cap. 2.

CAEterum ut elementa neq; proprijs in locis neq; ſeorſum ab alijs ſimplicia et pura ſunt, ita ſuapte natura & pura ſecundum qualitates & ſimplicia ſecundum corpora ſunt : uidemus enim commixta quædam corpora ut ignem (quemadmodum ſupra quoq; dicebamus) ſimplici concitata motu : quamobrem aliquod in eis, quod eo motu ſuapte natura citetur ineſſe neceſſum eſt.

Videmus quin etiam alia quædam cuiuſmodi aqua eſt, ſemper refrigerare, niſi quid forinſecus acceſserit, calefacta uero, ſubinde ſibi ipſis derelicta, nihil minus quàm ante in priſtinam redire frigiditatem: id quod luce clarius oſtendit aliquid in eis intus ineſse, quod ſuapte natura maxime diſtet à contrario, hoc eſt à calore: quippe quod ſi caloris ſuapte natura particeps eſset, aliquando calefacere ex ſe poſset, ne dum ſemper refrigerare, poſset item calefactum, aliquando calorem proprium multo diutius retinere, non autem in frigiditatem ~~perpetuo reuerti~~. A ferè ſtatim reuerti ſp. Ergo *ſi tum corporis ſimplicitas, tũ qualitatis puritas primis elementis debetur: corpora uero quæpiam et ſi ab alijs ſegregata nõ ſunt, ſuapte tamen natura hæc duo ſortiri uidẽtur: qs dubitauerit prima elemẽta ſuapte natura et pura et ſimplicia eſse?* Ex quo il*lud quoq; patet elemẽtum habere qualitatem non actu quidem (ut aiunt) puram ſed ſuapte natura puram, utpote quæ naturaliter maxime diſtat à contrario, non aũt ut loco maxime diſtet ab illo: multa.n. ſunt quæ propria natura ſeparantur inuicem, naturaliter tamen niſi ſecundum rationem nuſquàm omnino ſeparata ſunt: ut materia & forma, ut accidens atque id cui ineſt ſubiectum: ut etiam in exemplo frigiditas atq, calor quæ primæ elementorum qualitates dicuntur:* Natura

enim propria frigiditas à calore maxime diſtat, contraria nanq; ſunt: Verum ut hæc eadem natura maxime actiua eſt, ita in actione ſemper ſit, ſemperq́, refrigeret, oportet: ubinam .n. ſine frigefactione frigiditas actu erit? Neceſſario enim aliquid ipſa tãget: ſed quid aliud tãgendo præterq̃ calorem in ſubiecto refrigerabit? Medicus .n. (inquit Ariſto.) fit albus non ut medicus ſed ut niger, igitur & ſi ſub prædicto authore, contraria non innata ſunt, ut iungantur ſimul, tamen cum calore frigus ſemper uerſabitur, neque unquàm fermè inuicem ſeparabuntur, niſi omnino corrumpantur. Sed ſi id aliter atque dictum eſt, ſeſe habet: ſequitur ut res alioquin obnoxia corruptioni, alicubi eius expers omnino poſſit eſſe. eſto enim ignis dudum genitus tum calidus, tum ſiccus abſque ulla planè contrarietate, ponatur in eo qui ſurſum eſt loco, ubi non eſt contrarium, quid igitur illum interimet? ſiquidem à contrarijs interimi contingit ſolum? Quippe huic nihil erit intus aut in eo loci contrarium. Neque uero recte dicitur quod à materia corrumpetur, huius enim eſt (ſecundo de generatione & corruptione docet Ariſtoteles) pati & moueri: mouere autem & facere alterius eſt facultatis. Neque item à priuatione, quippe quæ (ut aiunt) per ſe nihil eſt: Quum igitur neque id quod nihil eſſe uolunt:

Neque id quod patiens eſt, poſſit quicquàm effi-cere, corruptio autem effectus eſt quidam, perſpicuum eſt, id quod natura ſua corruptibile eſt, corruptum iri nunquàm. Sed *ſi id rerum naturæ apertiſſime repugnat, probabilius eſt (ut expoſitæ ſuadent rationes) contraria huiuſmodi perpetuo ſimul eſſe, magis uero & minus prout rei natura poſtulat.* Quam *ob rem* Ariſtoteles *de generatione & corruptione, ſecundo* Mã *(inquit) ſeparabilis non eſt, ſed ſemper cum contrarietate. rurſumq́; : quoniam generationes ex contrarijs ſunt, inexiſtit autem alterum extremum contrariorum, neceſſe eſt & alterum inexiſtere.* Nec *non libro de breui & longa uita,* ἀδύνατον τῷ ὕλην ἔχοντι μὴ ὑπάρχειν πως τὸ ἐναντίον, *Quod eſt, fieri non poteſt, materiam habenti non ineſſe quodammodo contrarium : loquitur autem de contrario quod corrumpere poteſt.* Quibus *accedit, ſi contraria ſunt quæ circa idem ſubiectum ſe ſe mutuo perimunt, nihil prohibere ut ſimul ſemper ſint & agant tum calor, tum frigus : qua quoque de re* Ariſtoteles *libro de breui & longa uita de contrarijs faciens ſermonem,* πάντα ἀεὶ *(inquit)* ἐν κινήσει ἐστὶ καὶ γίνεται ἢ φθείρεται. *Quod eſt omnia in motu ſemper ſunt, & generantur, aut corrumpuntur.*

Quomodo autem his ita ſe habentibus contin-

gat nullam mutationem, locali excepto motu, infinitam eſſe (è quopiam enim in quidpiam eſt omnis) quomodoue contingat, motum non eſſe motus, neque omnino mutationis mutationem: & utrum finita tum alteratio ſit, ubi contraria tam & ſi agunt inuicem, concorditer tamen agunt, ſiue ſecundum quandam mediocritatem, ſiue ſecundum quendam exceſſum, id & ſi alterius eſt negocij, paulo tamen poſt non nihil de hoc ipſo dicetur. Neq; *propoſitæ rei tanquam fictitiæ nos ſubeat admiratio, ſiquidem fieri nequeat etiam in quibusdam ſubſtantijs quo minus generationis & corruptionis continuus exiſtat motus.* τὸ μὲν γὰρ πῦρ *(de iuuentute & ſenectute inqt* Ariſt*)* ἀεὶ διατελεῖ γινόμενον καὶ ῥέον ὥσπερ ποταμὸς ἀλλὰ λανθάνει διὰ τὸ τάχος: *ignis enim ſemper perſeuerat fiens, & fluens quaſi fluuius ſed ob uelocitatem latet.*

Ita igitur ipſis contrarijs uſuuenit, ut ſemper fiant & corrumpantur ſimulq; ſemper ſint, id quod euenit præterea quæ diximus, quia proximum utriſque contrarijs ſubiectum, & idem eſt, & communiter ferè admittit utrunque: ferè dico, quia ſemper id quidem magis, illud uero minus & contra, quamobrem altero in alterũ (ut diximus) ſeſe naturaliter ferente, quia ſubiectum utriſque paratum eſt, contingit ut alte-

rum ſine altero nunquam exiſtat. Atq; adeo ut calor, exquiſite calor, nuſquam inueniatur, alioqui ſemper frigori cõmixtus ut fermè potius medium quoddam ex calore plurimo, frigore autem perpauco ſit, quàm uere & exacte uſpiam calor.

Calorem qui in elemento eſt, non recipere magis & minus, ſed eum qui in mixto, quid item ſit recipere magis & minus. Cap. 3.

SI quis obijciat, elementum ut pote ignem, non perinde calorem, ac frigus ſuſcipere, quinimmo id omnino renuere, illum pertinaciter obtinere, necnon ſi addiderit calorem quà calor eſt omnino eſſe à frigore alienum: ſciat ignem ſuapte natura (ut etiam declarauimus) talem eſſe, ſed actu tamen ſemper commixtum haberi, proinde, communiter quoque patere, tum calori, tum frigori, illi tamen magis huic autem minus, ſciat inſuper calorem & frigus, quæ contraria ſunt, quæ etiam extrema, quæ item ſub eodem genere maxime diſtant inter ſe (ut Metaph. x. dicit Ariſto.) ἀσύνθετα εἶναι ἐξ ἀλλήλων. hoc eſt incompoſita ex ſe inuicem eſſe, ob idq; principia eſſe,

neq; magis & minus ita recipere; ſecus .n. eſſet
alterum alterius particeps τὸ γὰρ τοῦ μὲν μᾶλ
λον *(ut ibidem ait)* τοῦ δ' ἧττον σύνθετον πῶσ
ἐξ ἐκείνων ὧν λέγεται εἶναι τοῦ μὲν μᾶλλον
τοῦδ' ἧττον. *quod eſt, hoc ipſum huius quidem*
magis illius autem minus, compoſitum quodammo
do ex illis, quorum dicitur eſſe huius quidem ma=
gis, illius autem minus. Nec non Phyſicorum. V.
τὸ δὲ μᾶλλον *(inquit)* καὶ ἧττον ἐστὶ τὸ πλέον
ἢ ἔλαττον τοῦ ἐναντίου ἐνυπάρχειν καὶ μή.
quod eſt, magis & minus eſt, plus & minus con
trarij ineſſe & non; adhæc ille ſciat cætera inter
calorem & frigus media eſſe, uariasq; ſortiri no=
menclaturas, iuxta id quod magis & minus eſse
dicuntur, nempe medium quiddam nihil minus
quàm extremum ſuum, appellari calorem, dum
plurimum aut multum caloris obtinet, frigoris ue
ro aut perparum, aut quaſi minimum, Teporem
uero, ubi paulum admodum à calore ſuperetur fri
gus, eandem rationem eſse tum frigoris tum cæ=
terorum contrariorum quæ intermedijs inſignita
ſunt, proprie autem calorem primum, quod prin=
cipium eſse uolunt, uere calorem esſe, reliquos
uero, eſse quodammodo calefactiones ac alteratio=
nes: ſunt.n. media inter contraria, ſunt item ex
contrarijs conſtantia & demum in motu quodam
ita conſtant. Ergo ignis *qua elementum eſt in ſe*

ſrigus nequaquàm includit: ſicut etiam neq; calor, qua principium eſt: ſed quoniam omnis ex naturalibus rebus calor, omnisq; ignis ille quidem medium quoddam ex calore, & frigore plus minus (ut diximus) eſt: hic uero mixtum quoddam exiſtit: hinc factum eſt, ut tum calor, tum ignis, cum calore frigoris aliquid ſemper obtineat. Nos uero haud decipiat, & ſi qualitatem aliquam magis & minus intendi dicimus, nõ tamen ob hoc ſemper arbitramur hãc eandem magis & minus recipere: quippe aliud eſt intendi, aliud recipere, illud interdum contrarij gratia, interdum ſubiecti habitudine poteſt euenire: id nunquàm niſi contrarii ratione: illud aliquando non qualitatem quidem ſed qualitatis actionem, id proprie ſolam qualitatem magis & minus eſſe ſignificat: quæ omnia num ſe ſe uere habeant facile eſt, tum ex his quæ ſecundo libro dicta ſunt, tum ex his quæ in hoc præſenti dicuntur, intelligere.

Solutio

ut opinemur magis et minus recipere, atq; esse ac magis et minus intendi,

Solutio quarundam obiectionum & calorem quendam eſſe ſimplicem, quendam vero compoſitũ. Cap. iiii.

VErum his quidam minime acquieſcunt, ſed amplius obijciunt, ut calidum & cætera qualia magis & minus recipiunt, ita nihilo ſecius qualitates ipſas, ſimplices, hoc eſt calorem ipſum ne dum calefactionem recipere magis & minus, itaq; potentiſſimis eorum argumentis breuiter occurram, ne in infinitum quæſtio euadat. Prima *his argumentatio eſt, elementum commiſceri, elementum alterari poteſt, igitur eius quoq; qualitas, magis & minus recipere.* Altera ratio eſt. *Calor in ſubiecto alterat & alteratur,* Alteratur *autem à contrario, ergo poteſt à contrario remitti, qua de re & magis & minus recipere.* Tertia *eſt calidum magis & minus fit uel qua calidum, uel quà aliud? ais qua calidum, ergo caliditas magis & minus ſuſcipiet, ais qua aliud? aut ergo in infinitum ibitur, aut ad quale aliquid deuenietur, quod magis & minus per ſe ſuſcipiet: ut uero id: ita & calidum. ſi igitur calidum tale eſt: quid igitur obſtat cur calor huiuſmodi non ſit? an hæc planè nihil ſunt? quo circa primum*

ſcire licet magis & minus ſuſcipere (ut ſupra narrauimus) perinde eſſe ac ſi dixeris, huius quidem plus, ſed illius minus ſuſcipere, ſubinde calorem & frigus uno modo ceu uere contraria conſiderari, quemadmodum dicimus puriſſimum calorem, puriſſimumq́, frigus, altero ut mediũ quoddam utrunq; eſt, ex ijsdem cõtrarijs compoſitum, unius tamen à quo nomen deinde ſumit, multo magis quàm alterius particeps, quomodo communis aquæ frigus & communis ignis calorem nuncupamus, illud quidem quod frigoris, hic uero quod caloris ſit magis particeps, hæc ergo quia media quoq; ſunt, ex contrarijs compoſita ſunt, illa contra, quia extrema ſunt, incompoſita ſunt, ita ut neque calor ad frigoris, neque id ad caloris conſtitutionem accedat. Alioqui non omnino indiuiſilia ſunt: in corporibus enim ſunt et ſi principia ſunt ex quibus deinde media conflantur. Itaque in ſe magis & minus non ſunt, in ſubiecto tamen, in quo propter contrarij admiſſionem plus minus eſſe poſſunt, magis & minus recipere poſſunt et ſunt. Igitur ad obijcientes reſpõdeamus primum eos falli in eo quod ſecundum æquiuocationem dicitur, putant enim, quia calidum magis & minus eſt calidum, ſubinde ſequi calorem magis & minus eſſe calorem: Id nanq; quod ſumunt calidum inquam æquiuoce dicitur. Nempe

ſubiectum calore præditum & qualitas, quæ calor eſt: quia igitur utriuſq; horum ſecundum quod calidum appellatur, ratio altera eſt, liquido conſtat ſecundum id nomen æquiuoce dici, ob quod etiam prædictos errare, labi, & decipi, præter id quod ſecundum compoſitionem quoq; peccant, componunt enim uni, id quod duobus accidit, quippe calidum minus fit, qua calidum, ſed magis calidum: non qua calidum, ſed qua frigidum, aut qua in ſubiecto ineſt, magis denſiori, præſertim ſi ſecundum actionem conſideretur. Et omnino quia aliud pro ſubiecto ſumunt, aliud pro eodem concludunt, nulla penitus eſt eorum argumentatio, elementum enim alteratur quidem ſcilicet ignis refrigeratur hoc eſt recipit frigus, non tamen calor ipſe, niſi is qui compoſitus dudum à nobis appellabatur.

Media ex ipſis extremis actu componi quomodoue ſpecies ſint, & ad illas ſit motus. Cap. 5.

VT uero aliorum quorundam importunitatibus qui media ex contrarijs componi negãt, atq; id quod nos modo de his eisdem diximus acriter impugnant, occurratur. Nos *oportet etiam inuitos aliquanto longius digredi quàm propoſuerimus : in quo quidem ita nos illis oportune nunc reſpondebimus, ut illi nos contra importune in hoc lacerant loco.* Nam *& Ariſtoteles omnis philoſophiæ parens, nihil minuſquàm nos ipſi de his medijs ſcriptum reliquit: quippe qui Phyſi. pri.* τὰ μεταξὺ *(inquit)* ἐκ τῶν ἐναντίων ἐστὶν οἷον χρώματα ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος, *quod eſt media ex contrarijs ſunt, ut colores ex albo & nigro, necnon* Metaphyſi. x. ἀλλ᾽ ἐστὶν ἐν αὐτῷ γένει τὰ μεταξὺ ὥσπερ δέδεικται, καὶ μεταξὺ τῶν ἐναντίων ἀνάγκη καὶ αὐτὰ συγκεῖσθαι ἐκ τούτων τῶν ἐναντίων, *quod eſt ſi ſunt in eodem genere media quemadmodum monſtratum eſt & media contrariorum, neceſſe eſt & hæc componi ex his contrarijs, deinde ſic inquit,* μεταξὺ ἄρα ἔσται καὶ τοῦτο τῶν ἐναντίων καὶ τὰ ἄλλα ἄρα πάντα συνθετὰ τὰ μεταξὺ

*medium igitur erit & hoc contrariorum & cœte-
ra omnia compoſita media.* Necnon *paulo poſt.*
ὅτι μὲν οὖν τὰ μεταξὺ ἔν τε ταυτῷ γένει
πάντα καὶ μεταξὺ ἐναντίων, καὶ σύγκειται ἐκ
τῶν ἐναντίων ἅπαντα, δῆλον. *quod eſt, quo-
niam igitur media in eodem genere omnia & me-
dia ſunt contrariorum & componuntur ex contra-
rijs omnia, manifeſtum, ita quidem ait.* Neque
*uero mediorum inter colores (quoad eam quæ ex
contrarijs compoſitionem) altera ratio eſt, quàm
eorum quæ inter primas nuncupatas qualitates,
non enim minuſquàm illarum quædam ex calore
& frigore, tum rubedo, tum fuſcedo, ex nigredi-
ne & albedine componuntur. Quod ſi quis hos
eſſe ſimplices colores obnixe contendat, medios
uero eſſe iuxta primarum ſimplicium (ut aiunt)
qualitatum à quibus oriuntur, compoſitionem.*
*Tum conſideret cur etiam nigredo non medius ſi-
mili ratione ſit color, quum ex plurium prima-
rum ſimplicium qualitatum compoſitione nihil
minus oriatur: uocant nanq; hanc eandem ſecun-
dam qualitatem, tanquàm à primis ex illarum
compoſitione ſequentem, tum quoq; uideat, quo-
modo color proximum genus erit coloribus omni-
bus, ſi nanq; genus duas primas ſimplices conti-
net differentias, quibus præcipue diuiditur: hæ
autem in colore ſunt diſgregatiuum & congrega-*

tiuum, quarum altera nigredinem, altera albedinem conſtituere dicitur: aut fuſcedo & rubedo non habebunt ſimplicem differentiam, ſed compoſitam: aut ſub alio erunt genere quàm ſub eo, quod albedini & nigredini proximum eſt, quod ſi color his omnibus coloribus atque his omnibus quoad eam quæ ex primis coloribus compoſitionem, ſanè ſimplicibus, æq; proximus eſt, tum diſgregatiuum & congregatiuum non erunt primæ ſimplices coloris differentiæ, quoniam aliæ quæ medijs tribuuntur, ſimplices iuxta primæq; ſint, oportet, quæ nam enim prior inter colorem & illas erit, ſi æq; in colore ſimplices ſunt? tum quoq; color, proinde & genus omne proximum, ne duas quidem ſed plures ſimplices & primas habebit differentias, quod per abſurdum eſt: ſed ut ij contra nos poſſint amplius argumentari, atque ut ueritas ipſa tandem intelligatur, primum concedamus eis, in contrarijs huiuſmodi, quæ recenſuimus ſcilicet calore & frigore communiter dictis æq; ac in medijs ipſis eſſe mutationem (ſunt enim et illa quoq; media) præterea rem quæ tranſmutatur intermedijs uti tanquàm oppoſitis, quum enim intermedia participatione & confuſione utriuſque contrarij coalita temperataq; uideantur, ſimul res aliqua ex intermedio in contrarium commeat, non in eo commeat, quod medietas eſt

et utriuſq; naturæ conſors & proxima, ſicut neq; cum huc ſe uertit, ſed in eo quod contrary particeps, exempli gratia, tepens refrigeratur non in eo quod frigore, ſed in eo quod calore participat: idem contra recaleſcit, non in eo quod calori, ſed in eo quod frigori affinitate coniungitur, quapropter & medium extremis opponi, & extrema medijs iudicantur, ut medium ferme ad utrunque extremorum contrarij ſubeat rationem, quemadmodum mediæ in fidiculis chordæ imis & citimis comparatæ graues & longe ſummis & principalibus acutæ uidentur & tinnulæ: pari pacto aquilum nigro collatum candicat, candido nigricat.

His ita poſitis, illi falſum eſſe probare uolentes quòd ex contrarijs media componantur, hunc in modum argumentis utuntur.

Primum, *omnis motus à magis albo ad minus album eo eſt, quo ad nigrum itur, contrá'q; à magis nigro ad minus nigrum quo ad album itur, nullus'q; alius eſt inter hos eosdem motus, ergo omnis huiuſmodi motus inter ea dumtaxat erit, quæ ſpecie differunt, id quod* Ariſtoteli *aperte repugnat,* Phyſi. *quinto aſſerenti, ad magis & minus in eadem ſpecie mutationem eſſe.*

Alterum, *omnis à nigredine motus, ſiue ad albedinem ſit, ſiue etiã ad fuſcum aut rubeũ aut quid*

aliud intermedium ad albedinem ſemper eſt: ergo omnis à nigredine motus ſpeciei eiuſdem ſemper erit.

Tertium ſi contraria in medio ſimul ſunt, quid probibet ipſorum motus in medio ſimul eſſe? quo circa in medio ſimul erit, tum dealbatio tum denigratio, idem'q; ſimul accedet ad extremum utrunq, atq; ab eodem recedet: ſic enim aiunt.

Ad hæc igitur omnia reſpondere haud graue eſt, dicentibus, medium quidem non eſſe extremũ ſimpliciter ſed extremi quippiam obtinere, utpote ruborem non eſſe albedinem ſimplicem & puram, ſed albedinem (ut ita dicam) mutilam nempe aliquantulum impeditam retuſam'q; ne omnino ad ſuam ſimplicitatem accedat: neque item mutationem ad rubedinem eſſe mutationem ad albedinem ſimpliciter, ſed ad rubedinem, id quod ſicut alia media ex contrarijs extremis conflatur, ſpecie tamen (ut etiam Auer. Phyſi. ſexto ſcriptum reliquit) differt ab alijs, ut enim extremorum extremæ ac ſimplices ſunt differentiæ, ita mediorum mediæ ſunt & compoſitæ, quibus & inter ſe & ab extremis differunt.

Sed obijcient poſtulantes quonam pacto ex iſta extremorum compoſitione aliquid unum efficietur? rubeum enim exempli gratia quod medium eſſe ponitur, aut ex albo & nigro aut ſaltem ex

diſgregatiuo & congregatiuo quæ primæ coloris differentiæ nominantur, conſtituetur: ſed neutro modo contingere ueriſimile eſt. Non *enim ex albo & nigro, primo quia ex ſpeciebus duabus (ut in opere noſtro de definitione ſuperioribus annis in lucem edito, declarauimus) nihil per ſe unum fieri poteſt, ſecundo quia ſpecies ex genere & differentia (ut inquit* Ariſtoteles*) non autem ex pluribus aut duabus ſpeciebus utpote albo & nigro componitur.* Neque *item ex primis illis differentijs: qui enim fiet ex duabus differentijs maxime contrarijs ut unum aliquid conſtituatur?* Neceſſe *nanq; eſt hæc inuicem haberi ſicut formam & materiam, ac perficiens & perfectile, quo autem modo contrariũ à contrario à quo deſtrui natum eſt, perficietur? quomodo etiam contrarium ſuo contrario materia erit?* οὐ γὰρ τὸ θερμὸν *(ſecundo de generatio. & corrupt. inquit* Ariſt.) ὕλη τῶ ψυχρῶ, οὐδὲ τοῦτο τῶ θερμῶ. *quod eſt, non enim calidum materia frigido, neq; id calido: niſi forte ſit quoniam contraria inter quæ media ſunt, qualia ſunt hæc quibus de loquimur, actiua inuicem & paſſiua ſunt, ex his igitur multa quidem paucis & magna paruis compoſita in aliquam unionem quam mixturam appellamus non conueniunt, ſed in prædominantis incrementum permutantur, conuertitur enim al-*

terum in prædominans, ut uini ſtilla, innumeris aquæ amphoris non miſcetur, ſpecies enim euaneſcit, totum'q; in aquam conuertitur, quando autem aliqua ratione coæquantur, tunc traſmutatur quidem utrunque ex ſua natura in medium ſecundum prædominium alterius: neque contrariorum alterum efficitur. Sed medium & commune atque adeo (quicquid Galenus ſentiat, contra quem Auerrois & reliqui Peripathetici ſatis ſuper'q; dixerunt) ut ſemper ſit huius quidem magis, illius uero minus: quippe quod unum quippiam ſit, oportet, atque unum ex pluribus compoſitum, ex pluribus uero unum componi nequit, niſi alterum materiæ, alterum uero formæ rationem ſortiatur: alioqui ſi plura illa, omnino fuerint æqualia, qua ratione unum deinde ſubſiſtet? ita'q; in hoc uno quod medium eſſe dicimus, id cuius magis eſt, formæ: illud cuius minus, materiæ rationem obtinebit: atque ita ex hoc contrario tanquàm forma, ex illo tanquàm materia, conſtituetur: licet etiam Ariſtotelis authoritate idem probare, hic enim de generatione & corruptione libro primo, miſcibilium quæ non niſi contraria eſſe ſolent, faciens mentionem, alterum ut ſuſcipiens & materiam, alterum ut formam & ſpeciem in mixtura ipſa euadere tradit: ἔνια γὰρ (inquit) ψιλλίζεται πρὸσ ἄλληλα τῶν

ὄντων, καὶ ἐπαμφοτερίζει, φαίνεται γὰρ πῶς καὶ μικτὰ ἠρέμα, καὶ ὡς θάτερον μὲν δεκτικὸν, θάτερον δὲ εἶδος. Quod eſt, *balbutiuntur .n. quædam inuicem & in ancipiti ſunt : uidentur .n. quodammodo debiliter mixta, & alterum quidem ut ſuſcipiens, alterum autem ſpecies : ſic .n. ait quæ uerba ita in hunc locum adducta uelim ut oſtendant, contraria inuicem habere poſſe tum materiæ tum formæ rationem : non autem ut quæcunq; ſimul commiſcentur, hoc ſemper ſeſe habeant modo, quo nunc ſpeciem & ſuſcipiēs in quibusdam* Ariſtoteles *dicit eſse. ergo primis contrarijs, hoc eſt primis in colore differentijs, nempe disgregatiuo & congregatiuo magis & minus prout res ipſa poſtulabit, unitis, atque unius differentiæ rationem præſeferentibus cum colore, quod genus eſt, nunc alia atque alia mediorum colorum ſpecies orietur.*

Contraria tamerſi perpetuo ſimul agunt & patiuntur, non tamen eſſe inter ea motum ad infinitum & medias inter ipſa qualitates eſſe quodammodo alterationes. Cap. 6.

SED ij ſtatim multo grauius inſtabunt: qui enim fieri poteſt, ut contrariũ acquieſcat ſuo contrario? ut contrarium ſuo contrario absque ulla reluctatione, ſe tandem in materiam præbeat? His ne reſponderim quod ut illi ſubeſt, ita illi perpetim reluctatur, reſiſtit agitq́, contra, ſi ſic eſt tum illico reclamabunt, ergo nulla unq̃ in illis qp p e quæ ſemper in motu ſunt, finietur actio, nulla unq̃ mixtura, nulla unquã unio emerget, quinẽt ad motum ſemper erit motus, ex quo accipi alterũ poteſt, aut ut res moueri adhuc pergant, quũ iã ſunt mutatæ, aut ſi moueri deſinant, in motu tamen eſſe dicantur, an profecto res quædam (ut ante diximus) in motu quidem ſemper ſunt, ſed non ut motus ad ipſas eſt, ita tamen in motu ſemper ſunt. Quanquàm enim contraria donec ſimul ſunt ſemper inuicem agant & patiantur, oportet: ubi tamen ad mixturam hoc eſt, ad unionem quandam

conueniunt, ita ut id modo quodã ſuperetur, illud ſuperet: tum ſuperantis actio eò ceſſat quo non ultra ſuperare progreditur: quam ob rem & finitur actio, & emergit unio: quomodo contraria in motu præterea eſſe dici uere non poſſunt. Albefaciens *enim quum eò proceſſerit, quo nigrum ad rubeum redegerit, tum ſi firmetur ut firmari poteſt, deſinit ulterius albefacere, id quod nigrum eſt, albefaciendiq́; firmatur motus: ſed quia rubeum ex albo ſimul ac nigro conflatur, cum hæc inuicem actiua & paſſiua fuerint, ut eſſe dicuntur, tum ita ſimul exiſtentia, inuicem agunt & patiuntur: ne ſe ſe quidem è rubeo in alium colorem mutantia, in eo enim unita eſſe ſupponuntur: ſed in rubeo ipſo, ſe ſe inuicem quoniam contraria ſunt, perpetuo perimentia, ſuſcitantiaq́;: atque adeo ut rubeum modo quodam etiam in motu ſit, ſed non quo ad rubeum continue migret,* Rubeum *enim iam eſt, ſed quo partes ex quibus aſtruitur, continue (ut ita dicam) fluunt & refluunt uti fluuius, eadem nimirum ratione ſemper ſeruata, quo circa ſecundum rationem & formam in motu non eſt:* Secundum *uero materiam quæ cum contrarietate ſemper eſt, in motu quoque ſemper eſt.* At *illud ſilentio prætereundum non eſt.* Quod *quia actio illa quæ rubeo iam aborto adhuc remanet, ab albefaciente in*

nigrum ceu contrarium perpetim effunditur, eſſe autem nihil aliud poteſt quàm talis albefactio quæ rubeum efficit, dici non iniuria rubeum poteſt, rubefactio; hoc ab ea quæ ſit, differens quod illa eſt actus quidam imperfectus & rubei ratio quædam imperfecta, hæc uero perfectus actus, perfectáq; ratio, perfecta tamen ita, ut modo quodam quoque ſit fiens: perinde quaſi quædam alteratio (ut ſic dicam) permanens, non ulterius proficiſcens. Ex quibus manifeſtum eſt, quomodo res quædam in motu ſint, ac dum in motu ſunt, quomodo ad easdem non dicatur eſſe motus: quo item modo ex contrarijs medium oriatur: atque idem unum quippiam ſit & ſpecies una: necnon quanquàm contraria ſimul iungi nequeunt, quomodo ſunt ſemper ſimul.

Itáq; & una & altera contradicentium argumentatio diſſoluitur, quoniam mutatio ad medium, ut eſt quidem ad contrarium, ſed non ad contrarium extremum, ita ad rubedinem, eſt quidem ad albedinem, ſed non ad extremam: id quod accidit quoniam huiuſmodi contraria magis & minus recipiunt, recipiunt autem dum ad actionem conueniunt, miſcenturq; ſimul, non recipiunt: dum extrema ſunt & ſimplicia.

Tertia declarationis potiusquàm ſolutionis æget, tantum enim abeſt, ut quicquàm probi-

beat, dum contraria ſimul ſunt, ne ſimul quoq; tum agant, tum patiantur, ut id quidem (quemadmodum proxime diximus) omnino ſit neceſſarium: non tamen unquam contrariæ actiones duæ ſimul erunt, una enim ſola domina eſt, nempe in rubedine albefactio (ut ita dicam) quæ rubefacit, hæc nanq; uincit, hæc ſucumbentem reprimit nigredinem ne ualentius inſurgat, quamobrem in rubedine non erit ab albedine receſſus ſimul & acceſſus ut illi probare conabantur, ſed à nigredine receſsus, ad albedinem uero acceſſus, quæ omnia ſibi inuicem omni ex parte conueniunt.

Elementa non habere intenſiſſimam qualitatem, quomodoue ab elemẽto in mixtis hęc fiat. Cap. 7.

EX quibus etiam illud eſt manifeſtum, quod ab initio inquirebamus, elementa qualitatem haud quaquàm intenſiſſimam obtinere: ſi enim ignis communis (ut ſecundo libro cum Alexandro dicebamus) calidior eſt quàm elementaris: quis aſſerere audeat elementarem intenſiſſimi caloris eſſe? id quod Auer. Meteororum quarto ferè imitatus, quicquid alibi aliter atque hic dixerit, neceſſarium eſt (inquit) eius interpretis uerbis utar) quod non ſint tantum inuentæ in duobus elementis duæ qualitates ſubſtantiales eis in fine & exemplum huius eſt, quoniam ſi ignis eſſet calor, & ſiccitas eſſet in eo in fine, & ſic frigiditas & humiditas in aqua nunquàm temperarentur aut admiſcerentur ignis & aqua & facerent aliquid et propter hoc ꝙ ſiccitas ignis non eſt in fine, nec humiditas in aqua: potuit eſſe quod unum eſſet potentius & ideo admiſcent ſe, ita enim ait, quam ob rem ſi neque calor elementaris ignis eſt intenſiſſimus (ut inquit Alexander) neque item ſiccitas (ut inquit Auerr.) atque etiam ut ſupra dixit Alexander) nulla uero tactilis qualitas in

eo præter

eo præter has, prima eſse dicitur, nulla igitur in elemento prima erit qualitas intenſiſſima: His *accedit id quod secundo libro in medium adduximus: necnon id quod aiunt ex elementis inexiſten tibus fieri cætera ſpecierum omnium corpora & eorundem affectus, neceſſe eſt enim ut nihil ſint actu eorum quæ fiunt, antequàm inexiſtant, eſſent nanq; antequàm fierent: quare ſi in mixtis ut in igne communi calor intenſiſſimus ſit, in gla cie frigus intenſiſſimum, ante uero quàm fierent non erant intenſiſſima: manifeſtum eſt in elemen tis ex quibus hæc emanarunt non præfuiſſe inten ſiſſimum dico frigus, intenſiſſimum'q; calorem aut hæc non eſſe compoſitorum ſed ſimplicium affectus proprios.*

Roget *aliquis ſi in elementis non eſt hæc inten ſiſſima qualitas à quonam illa generatur: deinde ſi ab elementis ſit, quomodo contingit, ut id quod non habent, illa præbeant.* Huic *à nobis ita reſponſum ſit.* Elementi *qualitatem utpote frigiditatem ſuapte natura puram ac ſimplicem eſſe, proinde tum intendi tum remitti hoc pacto nō poſſe, neq; item magis minuſue recipere: neutiquam enim pura & ſimplex eſſet ſi quidem magis & minus recipere (ut ante diximus) eſt huius quidem magis illius uero minus particeps eſſe: quia tamen hæc (ut diſſeruimus) in actione ſemper*

exiſtit, nimirum ſemper quoque frigefacere, id quod quum alteratio quædam ſit, tum remiſſius, tum intenſius fiat, oportere: atq; etiam quo intenſiſſimum aliquando euadat, nihil impedire: Hoc igitur ab elemẽto tanquàm à principio ſequi: id quod & ſi actu non eſt intenſiſſimum, eſſe propria tamen facultate, ob quam habere quod præſtat: ut enim lumen ex ſeſe neq; magis neq; minus lumen eſt, clarius autem uel obſcurius illuſtrare, id ab ipſo quidem ſed iuxta ſubiecta corpora contingit, ita frigiditatem in ſe ſe neq; magis neq; minus eſſe, ſecundum tamen ſubiecta corpora quæ denſitatem & raritatem, aut frigiditati contrarium admittunt, in his intenſius in alijs remiſſius agere. In ſumma ueram & nudam frigiditatem in elemento naturaliter eſſe, cæteràs uero frigiditates ab hac oriri tanquàm à principio quidem ſed eſſe (ut ante quoq; diximus) potius frigefactiones quæ ſicut alterationes ferè in infinitum intendi poſſunt: uſque adeo ut qualitas iſta in illo ſit (quemadmodum ſecundo libro diſputauimus) uno modo ut ſciẽtia: altero ut contemplatio quæ actu inita ſit, harum altera ut habitus, altera ut miniſtratio & defunctio habitus intelligitur, illa magis & minus non recipit, hæc recipit: ut ferme hinc quoq; illud manifeſtum fiat, nullam qualitatem quæ ut habitus fuerit magis et

minus per ſe ſuſcipere, ſed differre à ſubſtantia quæ forma eſt, quoniam ab hac in aliorum commixtione ſubiectum non alteratur, à qualitate alteratur: nec ſine cauſa, hæc enim contrarium habet, illa nullum: quare ſuum intrinſecus complexa ſubiectum, nulli alij locum relinquit, immo etiam prius interit, quàm ab alio ſecundum formam inquinari ſubiectum in quo eſt, ferat: illa contra, ſubiectum extrinſecus ſuperficieq; tenus (ut aiunt) afficiens impedire non poteſt, quin contrarium in eo etiam admittatur & inſit: quo ſit ut cõtraria ſibi inuicẽ (niſi penitus corrumpãtur) perpetuo commixta, ſe ſe in eodem ſubiecto ſemper alterent ac alterentur, nunc quidem ſecundum quandam æqualitatem, non uero ſecundum quendam exceſſum, & magis & minus recipiant.

Reſpondetur ſuperioribus quibusdam argumentis. Cap. 8.

HAEC *mirabilia uideri intelligo, ſed cum cer te ſuperiora firma ac uera ſint, his autem ea conſentanea & conſequentia, ne de eorum qui dem ueritate eſt dubitandum: ſed iam ſcio me eſ ſe longius prouectũ quàm propoſita ratio poſtula ret, uerum continuus pullulantium quæſitorum exortus, incredibileq́; eadem explicandi traxit deſiderium: itaq́; paucis ad hæc additis finem fa ciamus aliquãdo: longum eſt enim ad omnia nunc reſpondere, quæ à me dicta ſunt. sed id quod ab initio in medium adducebatur, hinc paruo nego cio ſoluitur, quod elementum aquæ, actu primo & habitu ipſo (ut ante dicebamus) non eſt ſumme ideſt intenſiſſime, ſed ſimpliciter frigidum, tan tumq́; abeſt ut alteratu difficile ſit, ut ob hanc ſim plicitatem, apprime paratum exiſtat, penes quod tamen actu ſecundo quem habitus deſunctionem appellabamus, perpetua uis eſt refrigerandi ſem per ut quum maxime, prout ſubiectorum corpo rum natura patitur: atque adeo ut ab elemento ipſo frigefiat, quicquid deinde uel inteſiſſime fri geſit, ſed contra non uertitur: & ſi propter quod unum quodq́; & illud magis, ut elementum quoq; intenſiſſime frigeſiat: id enim pati eſt et non age*

re, quis uero dixerit elementum frigefaciendo fri gefieri? neque item ſequitur ut elementum intenſiſſime ſit frigidum, eius nanq; natura eſt dumtaxat, ut ſimpliciter frigidum eſt, ita ſimpliciter frigefacere, niſi quid alienum prohibeat, intenſiſſime autem uel remisſiſſime, ſiue intenſius aut remiſſius id eſſe contingit, non ob elementum quidem niſi in quantum frigefacit, ſed ob ſubiecta corpora: quippe quæ uel promptius admittunt frigus quàm calorem, uel obnixius retinent: Ita quidem ſi quicquid frigidum eſt, id ob aquæ elementum frigidum eſt, ut aqua longe magis frigida ſit, non frigoris tamen intenſione ſed uigore & facultate, quemadmodum ubi per propoſitiones in demonſtratione, ſcire & credere concluſionem arbitramur, neceſſe eſt ut propoſitiones amplius credamus et cognoſcamus, in quibus noſcendis & ſi melius & locupletius affecti dicimur, quàm quum concluſionem per demonſtrationem ſcimus, non tamen ſimilis omnino rationis eſt propoſitionum & concluſionis cognitio: Hæc enim ſola demonſtratione, illæ uero intellectu noſcuntur, quam ob rem illæ magis notæ non ſunt quia per demonſtrationem noſcantur (id enim fortaſſe quibusdam accidit) ſed quia facultate notionis, quæ in eis eſt, notam faciunt concluſionem plusminus prout rei

demonſtratæ natura recipit : Sic igitur aquæ elementum magis frigidum eſt, quia uigore frigiditatis quæ in eo eſt, frigida reddit alia, plus minus pro ſubiectorum diſpoſitione : haud tamen ſi quis diligentius ſpeculetur ſimilis omnino rationis eſt, elementi mixtorumq; frigiditas, illa enim habitus eſt : hæc habitus miniſtratio. illa uelut unitas quædam, hæc alteratio. illa enim frigiditas, hæc frigefactio : illa magis & minus per se non recipit, hæc recipit : illa eſt, & facit, hæc ab illa fit : demum illa prior eſt, quàm elementum, (ut quibusdam placet) qui primo materiam mox contrarietatem ut calorem & frigus, ultimo elementa ſenſilium rerum principia ſtatuunt) hæc poſt elementum exoritur : His *adde ꝙ illa quantũ ad ipſam attinet neq; intenditur neq; remittitur : ſeminarinm nanq; eſt & cæterarum principium qualitatum :* Si *enim eo ꝙ à contrario remouetur, intenditur : contra uero quia illi admiſcetur, remittitur : profecto ſimplex non erit.* Sed *ſi quoniam elementi ſubſtantia denſior fit, intenditur, quando autem rarior, remittitur : tum certum magnitudinis terminum non habebit :* Natura *uero conſtantium omnium (ut de anima ſecundo docet* Ariſtoteles *) terminus eſt & ratio magnitudinis & augumenti.* Deinceps *ſi principium eſt minimum (ut aiunt) actu : qui fiet ? ut*

in elemento qua elementum eſt, qualitas eius propria remittatur? quia enim non omnium actu minima eſſet, reliquarum quæ natura conſtant, minime eſset illa principium.

Ex quibus omnibus iam late patet, elementum ſeorſum à mixto nullibi reperiri, ſubinde nullam actu puram habere qualitatem, eſse tamen eam in illo ſuapte natura puram & ſimplicem, actioni nunquàm parcere, in ſe ſe non recipere magis minusue, ſed prout in mixtis eſt: nec non mixtas qualitates ex primis quidem componi, ſed eſse tamen ſpecies quaſdam, ad illasq; motum minime infinitum eſse: Demum elementa non habere intenſiſſimam qualitatem, quanquàm hæc eadem ab elemento in commixtis ſit.

Sed iſta nunc forte plus ſatis. Interim eos qui de contraria ſententia diſcedere adhuc nolunt, uolunt autem elementũ diſsoluta mixtura (ut ante dicebamus) in exceſsum redire & puram actu ſortiri qualitatem, ita uelle ſinamus ut uolunt: non enim poſsumus quin ij à nobis diſsentiant, probibere, dum uelint.

τέλοσ ×

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

151

Greca oia corrupte impressa sunt.

4 quoad, qd ad.

26 calor, color

84 quo, qd

85 quoad, qd ad

43 quoad, qd ad.

LABORATORIO [illegible]
A. [illegible]
Via Valpolaa n. 1-0-27
Tel. [illegible]